This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

RECORDS

OF THE

SCOTS COLLEGES

New
C. 1

Only 500 copies printed

No. 157

Records

OF THE

Scots Colleges

AT

DOUAI, ROME, MADRID, VALLADOLID AND RATISBON

1705

VOLUME I.

REGISTERS OF STUDENTS

ABERDEEN
Printed for the New Spalding Club
MCMVI

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 19[illegible] L

THE ABERDEEN UNIVERSITY PRESS LIMITED

The New Spalding Club.

The Spalding Club founded 23rd December, 1839.
The New Spalding Club reconstituted 11th November, 1886.

Patron:

HIS MAJESTY THE KING.

OFFICE-BEARERS FOR 1905-06.

President:

THE EARL OF ABERDEEN, G.C.M.G., LL.D.

Vice-Presidents:

THE DUKE OF RICHMOND AND GORDON, C.B.
THE DUKE OF FIFE, K.T., G.C.V.O.
THE EARL OF STRATHMORE.
THE EARL OF SOUTHESK.
THE EARL OF KINTORE, G.C.M.G., LL.D.
THE EARL OF ROSEBERY, K.G., K.T., LL.D.
THE LORD FORBES.
THE LORD SALTOUN.
RT. HON. JAMES A. CAMPBELL of Stracathro, LL.D.
THE LORD PROVOST OF ABERDEEN.
THE PRINCIPAL OF THE UNIVERSITY OF ABERDEEN.
SIR JOHN F. CLARK of Tillypronie, Bart., LL.D.
SIR GEORGE REID, R.S.A., LL.D.
*COLONEL JAMES ALLARDYCE of Culquoich, LL.D.
THE RIGHT REV. BISHOP ÆNEAS CHISHOLM, D.D., LL.D., Aberdeen.
EMERITUS PROFESSOR DAVID MASSON, LL.D.

Ordinary Members of Council:

W. Bruce Bannerman, Croydon.
*John Bulloch, Aberdeen.
Sir Thomas Burnett of Leys, Bart.
The Rev. Professor James Cooper, D.D., Glasgow.
*Patrick Cooper, Advocate, Aberdeen.
*William Cramond, LL.D., Cullen.
*Professor W. L. Davidson, LL.D., Aberdeen.
William Dunn of Murtle.
John Philip Edmond, Edinburgh, deceased.
James Ferguson of Kinmundy, K.C.
*Alexander Forbes, Aberdeen.
Alexander M. Gordon of Newton.
Henry Wolrige-Gordon of Esslemont.
John A. Henderson, Cults.
Colonel Thomas Innes of Learney, C.V.O., LL.D.
*Colonel William Johnston of Newton Dee, C.B., M.D.
J. F. Kellas Johnstone, London.
The Rev. William Forbes Leith, S.J., Boscombe.
*David Littlejohn, LL.D., Sheriff-Clerk, Aberdeen.
*Peter Duguid-M'Combie of Easter Skene.
*Alexander M. Munro, Aberdeen.
Robert S. Rait, Oxford.
Alexander Ramsay, LL.D., Banff.
The Rev. Stephen Ree, B.D., Boharm.
*Alexander W. Robertson, Banchory.
*The Rev. James Smith, B.D., Aberdeen.
Sir David Stewart of Banchory, LL.D.
*Professor C. Sanford Terry, Aberdeen.
*George Walker, Aberdeen.
Robert Walker, University of Aberdeen.
*Emeritus Professor John Dove Wilson, LL.D., Aberdeen.
Robert M. Wilson of Tarty, M.D.

Secretary:

*PETER JOHN ANDERSON, University Library, Aberdeen.

Treasurer:

*FARQUHARSON TAYLOR GARDEN, 18 Golden Square, Aberdeen.

Auditors:

WILLIAM MILNE, C.A., Aberdeen; ANDREW DAVIDSON, C.A., Aberdeen.

** Members of Executive Committee.*

PREFATORY NOTE TO VOLUME I.

In the Report submitted by the Council at the first annual general meeting of the New Spalding Club, held on 27th October, 1887, there appears a list of works in reserve for future issue. The list includes "The Register of the Scots College at Rome, to be edited by Monsignor James Alexander Campbell, D.D., Rector of the College". The second Report, submitted in the following year, adds to the programme of the Club "The Diary of the Scots College at Douai, to be edited by the Rev. William Forbes Leith, S.J."

Mgr. Campbell resigned his rectorship in 1897, and died in 1902. The Transcript of the Register made by him for the Club it was found impossible to trace, but his successor Mgr. Robert Fraser, D.D., at once consented to recopy the Register and to revise it in proof.

The Diary of the College of Douai is now preserved in the library at Kirkconnel, and had been copied by Father Forbes Leith before the reconstitution of the New Spalding Club. Through the courtesy of the late Mrs. Maxwell Witham of Kirkconnel the originals were placed at the service of the Club for collation with his transcripts.

It was at first intended to print the Douai Diary and the Rome Register as separate issues of the Club, each with its own appendices of documents; but the very large amount of illustrative matter collected by Father Forbes Leith suggested to the Council the propriety of extending the scope of the work by in-

corporating if possible the records of the Colleges in Spain and in Germany ; and at the same time of breaking up the work into two volumes, the first to be restricted to the Registers of Students.

The authorities of the College at Valladolid met the proposals of the Club in the most cordial manner, and their records were transcribed for the press and the proofs revised by the Rev. James Humble, Vice-Rector of the College. The extant records of the College at Ratisbon are now in the library of St. Benedict's Abbey, Fort-Augustus, and they were very readily put in the hands of the Secretary of the Club, who transcribed them.

The Club is under deep obligations to one of its members, the Very Rev. Canon Wilson, Elgin, one of the last entrants at Ratisbon, who has read all the proofs of the volume now issued, and added many valuable annotations. The very full Indexes of Places and Persons have been prepared by Miss Jean E. Kennedy, Jerusalem.

The second volume is intended to contain accounts of the origin and progress of the Colleges, biographical notes on the students, and many documents bearing on the history of the Scottish Mission. It is proposed to include, as far as possible, views of the different College buildings.

P. J. A.

CONTENTS.

	PAGE
Alumni Mussipontani et Duacenses, 1581-1772	1
Nomina Superiorum et Rectorum	96
Nomina Alumnorum Collegii Scotorum de Urbe, 1602-1900 .	101
Nomina Convictorum	185
Nomina Rectorum	190
Nomina Alumnorum Collegii Scotorum Matriti, 1632-1734 . .	195
Nomina Rectorum	202
Nomina Superiorum et Alumnorum Regii Collegii Scotorum Vallisoleti, 1769-1900	204
Nomina Rectorum	244
Catalogus Seminarii Ratisbonae, 1713-1855	249
Appendix I. Catalogus Religiosorum in Monasterio S. Jacobi Scotorum Ratisbonae, 1597	263
Appendix II. Syllabus Benefactorum Monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonae, 1678	271
Index Locorum	289
Index Nominum	303

ALUMNI
MUSSIPONTANI ET DUACENSES
MDLXXXI—MDCCLXXII

ALUMNI MUSSIPONTANI

scripti mense Julio 1598 a R. P. GULIELMO CREYTTON curam seminarii Scotorum, quod se ab ejusdem Mussiponte in Belgium translatione gubernasse testatur, deponente.

1581.

[1] 1. **Gulielmus Bruce**, nepos magistri Henrici Ker; professor legum in Germania. [Gulielmus Bruceus 20 Maii 1581 venit Mussipontum et admissus fuit in seminarium in quo incepit dare operam literis humanioribus; dimissus fuit quia non conveniebat cum aliis; nepos fuit Henrici Keir Secretarii Reginæ Scotiæ.]

2. Magister **Gulielmus Wallace** Edinburgensis, ex matre Creichton a Lugtoun; factus sacerdos Mussiponti, nunc monachus in provincia Limovicensi. [M. G. Vallace admissus fuit in seminarium eodem anno 1581; fuit filius civis Edinburgensis; dedit operam theologiæ et theses impressas defendit; parvo fuit ingenio probis tamen moribus; factus fuit in seminario sacerdos et celebravit primum sacrum Mussiponti. Missus Parisios non fuit judicatus idoneus qui tunc mitteretur in Scotiam; defenderat hic conclusiones pro baccalaureatu currente 14 Aprilis 1584 antequam discessit.]

3. Mr. **Jacobus Schaw**, obiit sacerdos Romæ cupiens ingredi societatem. [M. Ja. Schaw admissus fuit in seminarium 1° 18 Oct. 1581; erat illegitimus filius Henrici Schaw et Catharinæ Hepbrun; fuit præclaro satis ingenio sed impuris moribus. Tribus fere annis dedit operam theologiæ; fuit bis receptus et bis dimissus; defenderat conclusiones pro baccalaureatu ut vocant 7 Novembris 1583.1584 1° Maii dimissus fuit; Parisiis mansit usque ad 1[m] Decembris.[2]]

[1] The prefixed numbers are added for convenience of reference.

[2] The three entries in brackets on this page occur on a detached leaf headed "Nomina casusque illorum quos seminarium Mussiponti educavit". This detailed register appears to have been carried no further. Subsequent entries in brackets are from the larger Diary, or from original MSS. preserved therewith.

4. Mr. **Alexander Papa**, obiit sacerdos Romæ 1596.
5. Mr. **Georgius Thomson**, docuit et fuit principalis Collegii Sancti Maximini in Provincia.
6. Mr. **Mathæus Hamilton**, canonicus Peronæ.
7. **Georgius Broun**, Moraviensis.
8. **Jacobus Melvil** a Reith.
9. **Alexander Bog**, in Germania miles vel monachus.
10. **Robertus Barcley** a Kinharachie, obiit Mussiponti 1585.
11. Mr. **Nicolaus Bourne**, Dominicanus in Hispania.
12. **David Reid**, nunc Doctor Medicus Tholosæ 1598.
13. **Robertus Bruce**, nunc aulicus Bruxellæ 1598.
14. Mr. **Arthurus Gordon** a Carnborrow, dat operam legibus in Aquitania. [Habuit curam seminarii etsi juri daret operam, quia est vir prudens et bonus œconomus; dimissus est quia noluit dare operam theologiae, 1596.]
15. **Jonathas Jhonston** ab Elphiston, pedagogus prolium D. a Seton.
16. **Edmundus Dikson**, natus Erroliæ, obiit peste Parisiis.
17. Mr. **Joannes Soot**, obiit in societate Romæ.

1582.

18. **Jacobus Nesmyth**, Canonicus Peronæ.
19. **Joannes Talliour**, docet juventutem prope Ambianum.
20. **Thomas Cheyn**, obiit in Sicilia colligens eleemosinam pro seminario Lovaniensi.
21. **Jacobus Lesley**, aulicus in Scotia.
22. Mr. **Gulielmus Forbes** a Corsindey, in Scotia mercator.
23. Mr. **Alexander Meldrum**, ab Iden, Doctor Theologiæ [Cadurci] ubi fuit Principalis Collegii, mox futurus sacerdos.
24. **Jacobus Myrton**, sacerdos aliquandiu bonus operarius, post lapsum in Angliam ivit, ubi habitat.
25. **Alexander Chalmer**, docet rhethoricam et philosophiam Salinis in Burgundia.

26. Mr. **Marcus Ker**, obiit Romæ 1595, sacerdos, bonus in Scotia operarius.

1583.

27. **Jacobus Seaton** a Garngonok, sacerdos, utiliter operatur in Scotia 1598.
28. Mr. **Gulielmus Sterling**, obiit admissus in societatem.
29. **Alexander Maccurreus**, ingressus societatem 1588, sacerdos, bene laborat in Scotia 1598.
30. **Jacobus Creukschank** a Tullimorgan, obiit Treviris 1585.
31. **Joannes Wemys**, factus sacerdos in Seminario Duacensi, Brugis bene agit 1598.
32. **Georgius Tournbulle**, ingressus societatem, sacerdos, docet theologiam Avenione 1598.

1585.

33. Mr. **Joannes Ogstoun**, obiit in Scotia cupiens ingredi societatem.
34. Mr. **Albertus Broun** a Carsleuth, agit in Scotia.
35. **Carolus Broun**, ejus frater.
36. Mr. **Joannes Greirson**, natus in Scotia 1565 patre Gilberto et matre Joanna Maxwell. Vir maturus egit militem, cupit admitti in societatem Tornaci 29 Oct. 1599; tandem Canonicus in Anderleque, omnia legavit seminario.
37. **David Thomson**, filius M^ri^ Jacobi Thomson medici Deidonani. Obiit.
38. **David Law**, factus sacerdos in Seminario Duacensi 1594, ivit in Scotiam ad probationem in Vinea Domini ut admittatur in societatem.

1586.

39. **Rodericus Maclain**, Hebridensis ex Mula. Est in Hispania, doctus et aptus ad sacerdotium 1598.
40. **Gulielmus Barclay** a Tollye, theologiam absolvit in Seminario Duacensi et Lovaniensi; est Parisiis paratus ad sacerdotium ut in Scotiam proficiscatur 1598.

41. **Andreas Baird** ab Aichmaden, claudus, docet in Collegio Lugdunensi 1598.
42. **David Bety** de Dumfriss, obiit Mussiponti 1587.
43. **Thomas Abyrcromy**, missus Duaco Romam ad societatem 1593.

1587.

44. **Franciscus Hamylton** a Steanhouss, Edinburgensis, monachus Ratisbonæ.
45. **Jacobus Lindsay** a Turref.
46. **Gulielmus Low**, Brechinensis, ingressus Carthusiam non perseveravit.
47. **Jacobus Maxwel** a Dromcoltran, est Franciscanus Lovanii.
48. **Georgius Wischart**, natus prope Brechiniam.

1588.

49. **Georgius Hay** a Meginche, habens 4 minores ordines duxit uxorem.
50. **Joannes Fotheringame** a Purie, obiit peste Mussiponti.
51. **Eduardus Soot**, frater Joannis suprascripti.
52. **Alexander Lokhart** a Cleghorne, habet 4 minores, ordines Roma rediens, ivit Parisios.
53. **Adam Brown**, ingressus societatem obiit Neapoli 1595.
54. **Adam Symson**, Edinburgensis, est monachus Ratisbonæ 1598.
55. **Joannes Cambell**, est Capucinus in Lotharingia 1598.
56. **Alexander Chein**, obiit in Belgio.
57. **Jacobus Lyon** ab Esterogil, duxit uxorem.

1589.

58. **Thomas Lyon**, frater Jacobi et nepos P. Tyrii ex sorore, est cæcus Romæ 1598.

    Hic fuit, inquit P. Creytton, status suprascriptorum ut intellexi, hoc mense Julii 1598. Seminarium, addit, Mussipontanum, sublatis redditibus per Sistum V^um^ Pont. Max. fuit dimissum et extinctum anno 1590, mense Augusti, fuit restitutum et translatum in Belgium mense Aprilis 1593.

a 1593 et Lovanienses a 1595 ab eodem P. GUL. CREYTTON descripti Julio 1598 dum seminarii curam deponeret.

1593.

59. Mr. **David Law**, ex Calviniano Catholicus factus ad seminarium Mussiponti admissus et iterum Duaci, unde sacerdos missus 1597 ad missionem Scoticam, in itinere ab Anglis captus, post incarcerationis annum cum dimidio rediit Lovanium, ut inde Romam iret ad societatem, sed remissus fuit mense Junio 1598 ad missionem Scoticam ad experimentum antequam reciperetur in societatem.

60. Mr. **Gulielmus Barclay**, filius legitimus Dñi de Tolye ad seminarium admissus, 1° Mussiponti, 2° Duaci Aprili 1593, 3° Lovanii, unde absoluta theologia initio Julii 1598, ut exoneraretur seminarium Summo Pontifice manum retrahente, missus est Parisios ubi literas humaniores docet. [Paratus ordines sacros suscipere et in Scotiam proficisci quum dispensationem Roma obtinebit, discessit e seminario in principio Junii 1598.]

61. **Stephanus Bellenden**, Edinburgensis, legitimus, patre N. Bellenden filio Domini a Corro in Clidisdalia, societatem 1595 ingressus, dat operam philosophiæ Romæ, admissus Duaci 1593.

62. Mr. **Joannes Wemys**, legitimus ex Calviniano factus Catholicus 1° admissus Mussiponti, 2° Duaci 1593; ibidem factus sacerdos 1594, ob morbum in societatem non admissus, demissus, seminarii exonerandi gratia, Brugas 1598 ut Capellanum agat et juvet cohortem Capitanei Foretii Scoti.

63. **Robertus Hill**, factus Duaci Mr. Artium studuit theologiæ Lovanii, unde [1597] ad seminarium exonerandum missus Romam; [ubi cum pontifex ei negaret unde viveret] inde in Germaniam profectus factus est monachus Ratisbonæ 1598. Simul cum eo Romam missus est 1597.

64. **Thomas Demster**, etiam seminarii alumnus.

65. **Andreas Critton**, admissus Duaci 1593, societatem ingressus Romæ unde ob adversam valetudinem dimissus Lovanium rediit ubi rhetoricæ studet 1598 in Falcone. Studuit aliquandiu ante admissionem Cortraci expensis seminarii.

66. **Thomas Abercromby**, legitimus, ingressus est societatem Romæ ubi theologiæ studet 1598.

67. Mr. **Jacobus Muffet**, Duaci etiam admissus ingressus est societatem Romæ ubi philosophiæ studet 1598.

68. **Patricius Andersonus**, admissus Duaci, ubi est promotus [in artibus?] studuit theologiæ Lovanii, unde Romam missus ad societatem, jam est in noviciatu 1598.

69. **Joannes Robæus**, admissus Duaci, Lovanio missus Romam, ubi est in noviciatu societatis 1598.

70. **Joannes Galloway**, Duaco 1593 evocatus a patruo factus est canonicus ecclesiæ B. Mariæ Casleti 1594.

1594.

71. **Gulielmus Gordon**, frater Comitis Huntlæi, vixit in seminario sub legibus seminarii sed propriis expensis; factus Franciscanus non perseveravit.

72. **Gulielmus Gordon**, parvulus puer, præcedentis famulus, dimissus est post annum cum dimidio pro seminario non aptus.

73. **Thomas Augustinus**, admissus Duaci 1594, inde Romam missus 1595, ubi in noviciatu versatur. Annum circiter ante admissionem studuit Cortraci expensis seminarii.

1595. [LOVANIENSES.]

74. **Alexander Armour**, admissus Lovanii 1595, ibidem hoc anno 1598 finit cursum philosophicum, annum circiter ante admissionem studuit Cortraci expensis seminarii sicut et Joannes Cunnynghame.

75. **Thomas Cumyn**, admissus et ex Calviniano Catholicus factus, missus est Audomarum, ibi humanioribus studet expensis Abbatis S^i. Bertini. Videtur factus Jesuita.

1596.

76. **Franciscus Douglas,** frater Comitis Angusiani. In seminario Lovaniensi suis expensis vivens ex Calviniano factus est Catholicus. Ivit Romam ubi philosophiam absolvit hoc anno 1598.

77. Mr. **Henricus Moryson,** ex Calviniano factus Catholicus studet theologiæ hoc anno 1598.

78. **Patricius Con,** ex Calviniano factus Catholicus in humanioribus profecit, a patre evocatus in Scotiam rediit.

79. **Alexander Seget,** ex Calviniano factus Catholicus rediit in Scotiam ut parentes inviseret.

80. **Richardus Brown,** illegitimus, hoc anno 1598 philosophiam absolvet. Rhetoricæ post modum operam daturus, [quia nondum in ea perfectus est]; est valde juvenis boni ingenii et magnæ spei.

81. **Thomas Seget,** ex Calviniano factus Catholicus magni vir ingenii in Italiam profectus ex commendatione Lipsii nactus est conditionem Patavii.

82. **Joannes Ogilby,** ex Calviniano factus Catholicus ut exonaretur seminarium missus est 27 Junii 1598 ad monasterium Scotorum Ratisbonæ.

1597.

83. [Mr.] **Gulielmus Seton,** ex Calviniano factus Catholicus [quia noluit promittere fieri ecclesiasticus demissus et missus est Parisios].

84. Mr. **Duncanus Wemys,** ex Calviniano factus Catholicus audit theologiam 1598.

85. **Georgius Tyrius,** Patris Jacobi Tyrii nepos [quia noluit fieri ecclesiasticus dimissus est].

86. Mr. **Robertus Morus,** ex Calviniano factus Catholicus, nolens theologiæ sed medicinæ studere, dimissus est.

87. **David Kynnard,** et

88. **Jacobus Kynnard,** frater ejus, student humanioribus 1598. Pater vir nobilis bene de societae meritus et satis dives licet numerosa prole oneratus suppeditabit pro his duobus partem expensarum.

89. Mr. **Joannes Grierson,** vir maturus, profectus in Scotiam, de bonis suis dispositurus, postmodum ad societatem rediturus.

1598.

90. Mr. **Alexander Seton,** Calvinianus, juvenis modestus et boni ingenii. Agitur de ejus conversione de quâ est bona spes.

91. **Patricius Woddeus,** puer, grammaticæ studet minus aptus pro seminario; sed adductus a Domino de Bonyton viro de societate optime merito, dimitti commode non potest, nisi assentiente Domino de Bonyton, ad quem sicut et ad patrem pueri sæpius hoc rescriptum est. Dominus de Bonyton pro 6 primis mensibus solutionem pensionis spopondit, sicut et pater pueri reliquum.

92. Mr. **Robertus Strachan,** Calvinianus, juvenis modestus doctus et bonæ expectationis, admissus est pro tentanda ejus conversione.

Supradicti omnes recepti sunt a P. Gul. Creytton et hic fuit status seminarii dum ipse discederet mense Julio 1598.

P. Georgius Elphingston qui cum P. Georgio Chrystio ivit 1596 ad missionem Scoticam [per annum intendebat rebus Seminarii in Collegio Lovaniensi].

93, [80, 110]. **Richardus Brunus,** Scotus in seminario Lovaniensi . . . 1599.

94, [88]. **Jacobus Kynnard,** Scotus . . . 18 Feb. 1599.

95, [65]. **Andreas Crichtonus,** Scotus, Romæ ex tyrocinio societatis redux . . . Lovanii 6 Maii 1599. Sacerdos ille sæcularis in Scotia captus Augusto 1610 et Patrem Patricium Anderson prodere voluit.

96, [69]. **Joannes Rob,** Scotus . . . 1601.

97. **Georgius Egilsemmius,** Scotus . . . Jan. 1601.

98, [101]. **Rogerus Lindsay,** Scotus . . . 14 Jan. 1601.

99. **Joannes Carus,** Scotus . . . Martii 1602.

100. **Joannes Kennedy,** Scotus . . . Maii 1603.

1605.

Pater Georgius Christius subito discedens Lovanio in Scotiam, anno 1605, reliquit Patrem Petrum Eulard seminarii procuratorem pro trimestri, ut aiebat, ad plus quam triennium quod Pater Eulard scribit Lovanio 28 Dec. 1608 ad R. Patrem Nic. Sentallerum rectorem Collegii Duacensis Societatis Jesu et ibidem Scotorum seminarii administratorem.

1606.

Joannes Libion suscipiens 1ª Apr. 1606 vicariam curam seminarii Scotorum Lovaniensis ex mandato R. P. Gulielmi Veranneman Rectoris Collegii Societatis ibidem, invenit in seminario sequentes alumnos 10. Cæteri 23 admissi sunt tempore Joannis Libion a 1ª Aprilis 1606 usque ad 15 Dec. 1608 scriptique ab eo Duaci 10 Januarii 1609.

101. Mr. **Rogerius Lyndesius,** filius Baronis de Mains, theologus, factus sacerdos Septembri 1606, ivit ad missionem Scoticam Martio 1607. Postea Capucinus, ait P. Th. Robæus (jam erat Pater Capucinus anno 1621). Vixit, inquit P. Jacobus Brunus, in missione strenuus operarius, annos 56, ibi obiit in opinione sanctitatis anno 1666; mirum quam dure illic vixerit, et quam jucunde. Vitæ ejus synopsim in lucem dedit P. Jacobus le Brun ejus cognatus qui cum illo in missione aliquamdiu vixit. Hæc scripsit ipse R. P. Jacobus le Brun hic rector a 1668 usque 1671. Mr. Rogerius Lindsay sacerdos sæcularis captus in Scotia Aug. 1610 multa de P. Patricio Andersono declaravit.

102. **Gulielmus Jhonstonus,** obiit logicus Lovanii 16 Junii 1607.

103. **Georgius Asloanus,** rhetor 1606, promotus in artibus Nov. 1608; theologus Duaci 1609. Postea sacerdos ivit ad missionem Scoticam. Diu vixit, inquit P. le Brun, in Northumbria, inde in Germaniam profectus, obiit ibi monachus sub fratre abbate.

104. **Andreas Lechten,** reliquit seminarium 19 Junii 1606, sequenti anno factus sacerdos Mechliniæ ubi erat adhuc 1609.

105. **Patricius Macbrecus,** ethimologista seu grammaticus 1606, rhetor 1609.

106. **Alexander Macbrecus,** Patricii cognatus, figurista 1606, grammaticus 1609.

107. **Jacobus Macbrecus,** Alexandri frater natu minor, figurista 1609. Est missionarius, inquit R. P. Th. Robæus, societatis in Scotia apud Comitissam Wintoniensem. Fuit superior nostrorum in Scotia, inquit R. P. Robᵉ Gallæus. Datus in vincula, inquit R. P. Lebrun, et neci adjudicatus ab hæreticis tempore Cromwellii, nil non egit ut martyr fieret. Dimissus ex carcere procuratorem missionis egit Parisiis.

108. **Robertus Riddle,** figurista, dimissus ex seminario 26 Augusti 1608.

109. **Thomas Rhædus,** promotus in artibus Duaci ubi seminarii expensis alebatur, Lovanium rediit Octobri 1607; unde volens studere medicinæ, dimissus 2 Feb. 1608. In Hollandia, inquit R. P. Malapert anno 1621, uxorem duxit, ibi ob impia dogmata male audiit; inde Dantiscum migravit; nunc dicitur factus eques et a secretis Latinis Regi Angliæ. Mortuus subito gargarizando, inquit R. P. Gallæus.

110. Mr. **Richardus Brunus,** theologus 4 annorum, et antiquus seminarii alumnus expectabatur ex Scotia 1606, unde advenit 25° Januarii 1607; eo iterum cum superiorum licentia ivit 5 Julii 1607; rediit 23 Octobris 1608 paratus ad sacerdotium et missionem; sed ad instantiam Vicecomitis Maxwell, annuentibus superioribus, in Scotiam reversus est, 3 Febr. 1609, pro hujusce nobilis negotiis.

Alumni admissi tempore JOANNIS LIBION usque perfectam seminarii Duacum reductionem 15 Dec. anno 1608.

1606.

111. 10 Junii. **Joannes Hairstanes,** missus a M. Richardo Bruno cum consensu Patris Christii, admissus ad figuras 10 Junii 1606, poeta Jan. 1609.

112. 8 Nov. **Robertus Mortimer,** missus a P. Georgio Christio, poeta Jan. 1609. Ingressus Societatem Neapoli, unde sacerdos dimissus 1639. Pessimæ famæ, inquit R. P. Gallæus.

1607.

113. 21 Jan. **Joannes Orquhardus** [missus ex Hibernia commendatus a diversis]; dimissus ob valetudinem 10 Maii 1607.

114. 1 Feb. **Joannes Wymes**, 16 annorum, admissus 1 Feb. 1607 ad rhetoricam; missus ab ill^mo^ Dño Colonello Simple, quo volente dimissus est e logica 16 Januarii 1609; parum affectus ad studia et minus ad statum ecclesiasticum. Sacerdos tamen et Sacellanus B. V. Brugis 1646, inquit R. P. Th. Robæus. Obiit, inquit R. P. Gallæus, Januario 1648 seminarium hoc relinquens ex asse hæredem.

115. 1 Feb. **Robertus Valens**, 16 annorum, venit ad syntaxim 1 Feb. 1607; commendatus ab ill^o^ Dno. Simple; rhetor 1609; factus societatis Londini erat 1641 cum Comite Abercorn. Professus fuit, inquit R. P. Gallæus, 3^m^ votorum; vixit in missione Scotica cum magna semper ædificatione annis circiter 20, in qua et fuit superior; obiit apoplexia Oxonii in Anglia 1645.

116. 14 Julii. M^r^. **Joannes Vechius**, olim alumnus iterum 11 Februarii 1607; dimissus 14 Julii ejusdem anni 1607 nolens suscipere ordines.

117. 26 Aug. **Robertus Hairstanes**, frater Joannis natu minor 14 annorum, venit ad figuras 26 Augusti 1607, sed ex læsione diu ante admissionem accepta ad studiorum et missionis labores ineptus remissus est 1 Feb. 1609 ad patruum in Anglia.

118. 2 Sept. **Joannes Macbrecus**, frater Patricii natu minor, 2 Sept^bris^ 1607 missus a P. Christio ad figuras. Sacerdos erat Jesuita Antwerpiæ; unde 30 Julii 1637 scribit ad R. P. Gul. Leslaeum, rectorem Scotorum Duaci, de negotiis de Dorstat et Ninneghen et Andrea Leslaeo tunc apud se, et aliquibus necessariis pro itinere Germanico indigente; 1639 scribit Dunkerca ad Dom. Grierson. Erat, inquit R. P. Th. Robæus, in Germania celebris 1640, [In 1641 factus concionator ordinarius regis Poloniæ lingua Italica]. Magna, addit R. P. Lebrun, illic in æstimatione diu vixit; missus in Galliam, 1645, cum legatis ad deducendam inde Reginam Poloniæ Mariam Gonzagam (cujus nuptiæ Parisiis celebratæ sunt 6 Nov. 1645, et ipsa Cracoviæ coronata

16 Jul. 1646); in Gallia magno in pretio habitus est ab omnibus aulicis ob ingenium vastum et omnium linguarum peritiam: hactenus R. P. Lebrun.

119. 27 Nov. **Michael Creichton,** Scoto-Belga, 14 annorum, 27 Nov. 1607. Abivit 30 Junii 1608.

120. 23 Dec. **Robertus Middleton,** 15 annorum, ad rhetoricam 23 Dec. 1607; missus a P. Murdocho S.J. ex Scotia, ob fidem tunc exule; logicus 1609.

121. 23 Dec. **Gulielmus Geddes,** socius olim Patris Murdochi in Scotia ab eodem huc missus ut quorumdam PP. Societatis Jesu in Scotiam destinatorum adventum expectaret; interea commendante ill° D. Simple receptus in alumnorum numerum pro figuris 23 Dec. 1607.

1608.

122. 3° Jan. **Hugo Roseæus,** ad syntaxim missus et commendatus a Patre Murdocho advenit 3 Januarii 1608.

QUATUOR SEQUENTES evocati sunt Bergis S. Vinoci ubi annum circiter vixerunt sumptis seminarii.

123. 24 Mar. **Joannes Gourley,** 19 annorum, 24 Martii 1608, missus ex Scotia a P. Christio; syntaxista 1609.

124. 24 Mar. **Robertus Creichton,** 15 annorum, missus ex Scotia a patruo suo D. Andrea Creichton sacerdote consentiente P. Christio.

125. 24 Mar. **Joannes Robertson,** 14 annorum, ethimologista, missus a P. Christio ex Scotia, factus Minimus.

126. 24 Mar. **Andreas Robertson,** 12 annorum, frater Joannis, missus ad figuras a P. Christio ex Scotia, etiam factus Minimus.

127. 3 Maii. **Georgius Humæus,** 24 annorum, habens commendatitias a R. P. Generali Soc. Jesu. Abivit 16 Jan. 1609 alias brevi dimittendus, antiquis moribus et præsenti in seminario conversatione nullam de ipso bonam spem dantibus.

128. 3 Julii. **Georgius Seton,** 19 annorum, ad figuras admissus ad gratificandum consanguineis Catholicæ Religionis potentibus in

Scotia protectoribus. In Scotiam profectus est 3 Feb. 1609 cum M. Richardo Bruno rediturus.

129. 18 Aug. **Georgius Crawfurd,** 24 annorum ad grammaticam; dimissus 16 Jan. 1609 ob defectum tum valetudinis tum ingenii et prudentiæ necessariæ ad institutum seminarii.

130. 20 Nov. **Joannes Ellens,** Scoto Belga, 15 annorum, ad syntaxim evocatus Antwerpia ubi sumptibus seminarii alebatur.

131. 20 Dec. **Jacobus Carus,** 17 annorum, ad poesim evocatus e Antwerpia ubi seminarii sumptibus alebatur.

132. **Joannes Maxwel,** syntaxista, 15 annorum, et

133. **Gulielmus Maclelan,** 16 annorum: aluntur etiam, inquit Joannes Libion, cum seminaristis sed sumptibus propriis.

1609.

DIMISSIS ante 1am Feb. 1609 iis qui videbantur inepti ad institutum seminarii, tunc Lovanii, addit Carolus Malapertus, ubi plures a Thoma Rhædo dicebantur subversi et perversi. Retenti sunt in universum 19, quorum nomina sequuntur: Mr. Richardus Brunus et Mr. Georgius Asloanus, theologi; Robertus Middleton, logicus; Patricius Macbrecus et Robertus Valens, rhetores; Joannes Hairstanes, Robertus Mortimer et Jacobus Car, poetæ; Hugo Rossæus, Joannes Gourley et Joannes Ellens, syntaxistæ; Joannes Robertson, Alexander Macbrecus et Robertus Creichton, etymologistæ; Georgius Seton, Gulielmus Geddes, Jacobus Macbrecus, Joannes Macbrecus et Andreas Robertson, figuristæ.

1612.

134. **Gulielmus Chrystius** admissus est, factus societatis in provincia Austriæ; laboravit circiter 20 annis in missione cujus superior fuit 3 annis, rector seminarii Scotorum Romæ 3 annis. Haec ipse albo addidit 1650 quo 1° factus est Rector Scotorum Duaci.

1620.

REVERENDO P. Philippo Dutrieu—administrato 4 annis seminario—evocato ad docendam in Collegio Duaceno theologiam, ego, inquit P. CAROLUS MALAPERT, succedens jussu R. P. Florentii de Montmorency, Gallo Belgiæ Provincialis, 21 Sept. 1620, horum a predicto predecessore receptorum nomina alumnorum inveni.

135. 15 Maii. **Robertus Maxwel** (hic Jacobus Lindsayus dictus), filius Domini Maxwel de Conhaeth, valde nobilis ait P. Rob. Abiit in Paschate 1622 Parisios, ad seminarium pænitens rediit 10 Aug. 1622; dimissus iterum 22 Jan. 1623. Vivit in Scotia vitæ exemplaris 1672, ait R. P. Th. Robæus.

136. Post Pascha. **Joannes Ogilbeus**, dimissus 7ª Oct. 1621 (1º quia primo genitus, 2º difficilis ingenii et tardi ad studia). Præsente et probante P. Robæo.

137. 6 Junii. **Jacobus Brunus**, Edinburgensis; dimissus 13 Junii 1625 ob morbum.

138. 6 Junii. **Gilbertus Setonus**, Aberdonensis, dimissus 7 Oct. 1621, ineptus ad studia; rediit rogante patruo; iterumque paulo post dimissus ob mores insolentes.

139. 27 Junii. **Andreas Grayus** (hic Sutherlandus), Noubeghenensis, dimissus 28 Martii 1622 ob mores contumacissimos. Obiit in Hollandła in Germaniam cogitans.

140. 27 Junii. **Robertus Gall**, Joannopolitanus, post philosophiam admissus in societatem 15 Augusti et ingressus Soc. J. Tornaci 5 Sep. 1625. Obiit Edinburgi in odore sanctitatis, inquit R. P. Th. Robæus.

141. 27 Junii. **Joannes Gordonus**, Gartheanus, valetudinis causa abiit 19 Aprilis 1624 in Scotiam; inde profectus in Germaniam, ibidem obiit.

142. 27 Junii. **Richardus Brunus** (hic Wilsonus), Dumfrisius. Est Societatis Jesu 1670, ait R. P. Robæus.

143. 27 Junii. **Gilbertus Brunus** (hic Hayus), Dumfrisius; dimissus volens 1625 ob infirmam valetudinem.

144. 27 Junii. **Franciscus Lindesius,** Dumfrisius, contumacis ingenii puer et a nobis alieni, volens dimissus est, 17 Junii 1622.

145. 28 Julii. **Gulielmus Grant** (hic Leslæus), Strathpæyensis; factus Jesuita in Hispania et postea operarius in Scotia. Videtur idem qui ingressus est societatem Tornaci 16 Nov. 1626.

146. 28 Julii. **Jacobus Grant** (hic Stuartus), frater prioris natu major. Studio et recollectione nimia prope exhaustus, inquit P. Lambertus Lobetius, in Scotiam sese refecturus, et inde ad societatem rediturus, remissus est 15 Maii 1625. Erat in seminario Scotorum Parisiis 1626, ubi obiit.

147. 3 Sept. **Jacobus Scott** (hic Stuartus), Josephus in confirmatione dictus. Ivit ineunte Januario 1623 cum Jacobo Hegato et Richardo Todeo ad monasterium Scotorum Herbipolense.

148. 5 Sept. **Alexander Ogilbæus** (hic 1° Andrew deinde Litelus dictus), discessit 28 Junii 1621 negotia compositurus; rediit anno sequente ivitque ad noviciatum S. J. Nanceianum. Captus fuit, inquit R. P. Gallæus, in mari ab Anglis et diu fuit Londini captivus. Vivit in Scotia, addit R. P. Robæus, ubi fuit missionis superior.

Recepti a P. CAROLO MALAPERT.

149. 2 Oct. **Jacobus Kinneardus,** natus in Canoniâ Rossensi, stirpe nobili Gordoniis cognata, sed parens primus ex ea gente coactus est arte tinctoria vitam tolerare; missus a P. Andersono, tunc captivo, ad syntaxim. Post logicam, inquit R. P. Lobetius, mania correptus et restitutus, abiit in Scotiam, unde fertur factus Benedictinus in Germania.

150. 31 Oct. **Patricius Grayus** (hic Forbesius), 14 annorum, frater Comitis Grayii, missus ut convictor cum literis Patris Lynsayii (famulus ejus attulit aureos Jacobos 15) ad grammaticam; impetravit reditum mense Aprili 1623; obiit in Germania.

151. 31 Oct. **Henricus Soentonus,** 16 annorum, ad grammaticam [honestæ conditionis] cum literis Patris Lyndsaii; dimissus 21 Aug. 1625 quia proposuerat reditum post philosophiam et quia domi et foris offenderat præcipue quos revereri debebat.

152. 5 Nov. **Robertus Boideus,** Aberdonensis, patre et matre hæreticis natus, conversus ipse ante biennium, venit ad rhetoricam. Mense Sept. 1623, missus cum fratre Georgio ad seminarium Romæ inde in societatem admissus, inquit R. P. Lobetius, in itinere substitit Brixiæ pedagogus alicujus Episcopi nepotis. Est jam doctor in arte medica Doroberniæ in Anglia 1640, inquit P. Robæus.

153. 23 Nov. **David Patersonus,** Edinburgensis, filius et frater chirurgi, antea dimissus ob difficilem indolem, remissus huc iterum ad seminarium a P. Christio; dimissus 2^do^ exeunte Sept. 1621 quia ineptus ad studia.

154. 23 Nov. **Gulielmus Hardius** (hic Kinnerus), Montisrosanus, absoluto Andreapoli cursu ad rhetoricam missus a P. Leslæo; factus est Dominicanus Audomari Feb. 1623. Turbato capite dimissus fuit, inquit R. P. Lobetius.

155. 30 Nov. **Henricus Setonus,** frater Domini de Munie naturalis; abiit adhuc hereticus, Jan. 1621. [Inde (ait P. Malapert) constitui neminem in domum admittere ante fidei professionem.]

156. 30 Nov. **Joannes Seton,** filius Dñi de Munie, 18 annorum, missus a P. Leslæo ad rhetoricam ingressus societatem Tornaci 20 Sept. 1621. Reliquit, inquit R. P. Malapert, Portugallensem cruciatum et vestes ex quibus cupivit comparari imagines BB. Ignatii et Xaverii. Dimissus e societate degit Londini 1640, inquit R. P. Robæus, et Parisiis est 1646; ubi fame miseriis que pessime consumptus, et ab omnibus destitutus periit. (Haec R. P. Lebrun.)

157. 30 Nov. **Joannes Schillis** (hic Armorius), Edinburgensis, antea missus ex hoc seminario in Hispaniam ad Dñum Simple, inde redierat in Scotiam ubi primo secretario erat famulatus. Ad statum ecclesiasticum minus propensus et cum oblocutionibus procacesque sermones [*sic*] disciplinæ obesset, abiit Apr. 1621. Pœnitens rediit 20 Oct. 1622, rogante per literas P. Georgio Turnebulo, sed ob turbatam domum Feb. et pugnam cum alio mense Aprili procacesque sermones dimissus iterum 2 Maii 1623.

1621.

158. 2 Apr. **Sebastianus Cariderus,** 16 annorum, filius Gulielmi equitis veterani sub rege Catholica; natus Herentaliæ matre Brabanta [Maria Temmermans]. Gulielmi nepotes sunt in Scotia Domini Carideri de Humens Barones. Sebastianus commendatus a P. Robæo brevi impetravit reditum ad suos quod ignarus esset Scotiæ et parum aptus ad studia.

159. 2 Maii. **David Landelus** (hic Gramius), Glascuensis, magister artium a triennio, se parabat ad ministerium, juvenis doctus et in controversiis versatus. Hic fratrem habuerat; fecit professionem fidei, confessus est et communicavit, abiitque post sesquimensem in Galliam, unde Romam ad seminarium profectus est in autumno anni 1622.

160, 161. 26 Maii. **Robertus** et **Rogerius Sincleri,** hic 11 ille 13 annorum, adducti a parente (qui occasione P. Ogilbei hospitis accepti ad patibulum adductus fuerat) Româ, unde commendatitias habebant a P. Generali et Rectore Seminarii Scotorum. Robertus, inquit P. Lobetius, rogante parente Romam cum Robæo ad seminarium missus est. Ibi factus societatis; erat Cameraci 1641, ait P. Robæus. E societate ipso petente dimissus, ait P. Gall. Obiit sacerdos Romæ, addit P. Robæus. Rogerius, inquit P. Lobetius, angelice hic obiit peste 22 Julii 1626.

162, 163. 5 Junii. **Andreas** et **Godefridus Alsondaer,** sive Alsennaer, hic 8½ ille 10½ annorum, Antwerpia uterque nati, honesto viro Andrea qui parentibus Curlæi fuerat famulatus; fuerant insuper pro seminario commendati a Dña Elizabeth Curlea moriente. Andreas ob ingenii defectum ait P. Lobetius, ad parentes remissus, factus est Franciscanus; Godefridus vero hic angelice defunctus peste 1ª Julii 1626 et initium fuit afflictionis.

164. 14 Aug. **Eduardus Maxwell,** hic Gramius, frater Roberti supra scripti 14 circiter annorum, ad grammaticam. E syntaxi, inquit P. Lobetius, minacius quam reverentius postulavit, et 2 Maii 1623 impetravit demissionem ad monasterium Scotorum Herbipolense cum Macleno per quem aiebat se procurasse admissionem cum D. Magnus hac transisset.

165. 12 Sept. **Joannes Peookius,** natus in Belgio parente qui famulatur Comiti Emdano et matre Frisia. Remissus paulo post, cum deficiente pensione Romana seminarium premeretur, ad patrem.

166. 7° Oct. **Robertus Maclenus,** Domfrisius ex patre mercatore hæretico, patruum tamen habet Catholicum Londini. Venit huc ex seminario Scotorum Parisino cum literis P. Andersoni, annorum, 17 ad poesim. Hic Aprilis 25, 1623, suam et Roberti [Eduardi] Maxwell dimissionem postulavit pro monasterio Herbipolensi, cujus ad missionis productum testimonium, securitatis gratia, retinuit hic superior, ipsique instantes dimissi 2 Maii 1623; Maclenus in Germania obiit: hactenus P. Lobetius.

1622.

167. 18 Feb. **Hugo Ferguson** (hic Ogilbeus), Rossensis, audita Andreopoli dialectica, sed valde rudis linguæ Latinæ, patrem habet copiosum. Venit cum geminis commendatitiis Nuntii Apostolici et Comitis d'Argyl litteris; cum esset tardus ad studia missus est circa Pentecosten Parisios, unde post duos menses huc remissus est a Dño Pendrico præside. Iterum mense Martio 1624 dimissus est ob compertam tarditatem et fructum in studiis nullum.

168. 10 Maii. **Patricius Ogilbeus,** 17 annorum, ad syntaxim, natus patre Gulielmo agricola hæretico in Angusia in Curdach et matre Elizabetha Robersona, filius unicus, a P. Lindsay multum commendatus; sed ob bellicositatem, inquit P. Lobetius, et dissidia cum aliis eodem mense et anno dimissus est.

169. 21 Nov. **Jacobus Bryson** (hic Campbellus), 20 annorum, audito Glascuæ cursu philosophico, huc venit ad logicam. Filius, inquit P. Malapert, Jacobi viri nobilis prope Aeream urbem Diocesis Glascuensis. P. Lobetius addit hunc Jacobum esse ministrum. Dimissus mense Martio quia animo plene sæculari, Gallicæ linguæ musicæque totus deditus, neglectis studiis.

1623.

170. 23 Jan. **Georgius Wedderburne,** hic Annandus, Aberdonensis, 30 annorum, audita philosophia et humanioribus traditis, huc venit

ad theologiam commendatus a P. Robertsono Minimo. Ineunte Septembri 1623 missus ad seminarium Romanum, ibi ante biennium sacerdos consecratus et inde in Scotiam destinatus, substitit in Germania apud Benedictinos, ibique professum, ut nunciavit R. P. Gulielmus Gordon (P. Lobetius).

Reverendo P. Carolo Malapert officio defuncto 17 Martii 1623, sub rogatus P. LAMBERTUS LOBETIUS admisit sequentes.

171. 30 Junii. **Joannes Ramsay,** 16 annorum, ad figuras venit Româ cum parente et literis R. P. Generalis et P. Georgii Elphinstoni; valetudinis et tarditatis causa demissionem obtinuit mense Martio 1624. [Latinitatis ignarus.]

172. 3 Julii. **Joannes Gordon,** Boghollensis, 15 annorum, ad syntaxim missus Parisiis commendatus a Dño Pendrico; Parisios pestis causa remissus eadem obiit in via Aug. 1626.

173. 26 Julii. **Patricius Crafurd,** ex seminario Romano venit commendatus a R. P. Generali et P. Elphinstono ad logicam, 25 annorum, præstito Romæ juramento. Hamiltoniorum cognatorum rem acturus in Scotiam profectus est 5 Augusti 1625. Ibi minister apostata, inquit P. Robæus. Misere suffocatus vel submersus est, ait P. Gallæus.

174. 29 Julii. **Jacobus Innes,** Elginensis in Moravia, missus Londino a P. Andersono adhuc hæreticus ad logicam; 15 Augusti 1625 admissus in societatem a R. P. Herennio; hinc 18 ejusdem discessit Neapolim; sed a R. P. Generali retentus fuit Romæ, inquit P. Lobetius; ibidem sancte mortuus.

175. 26 Aug. **Jacobus Lindsius,** 3° receptus 18 annorum ad logicam intercessione P. Mortimeri et commendatione Dñi Camerarii et P. Macbreci; sub finem physicæ Augusti 7 petiit et obtinuit dimissionem in Scotiam; inconstans et ineptus ad theologiam.

176. 4 Sept. **Gulielmus Wilsonus,** Neabredonensis, missus a P. Andersono necdum reconciliatus ætatis suæ 20 ad logicam 13 Junii 1625; sub finem cursus ratione infirmitatis Scotiam revisurus discessit cum proposito ad societatem redeundi. Rediit Parisios e Scotia et postea Romam ad seminarium. Mortuus, inquit P. Gallæus.

177. 23 Sept. **Arthurus Stuartus,** Kinmachliensis Diœcesis Moraviensis missus a P. Andersono ad logicam ætatis 24. Admissus ad societatem 15 Aug. 1625 a R. P. Herennio, discessit 18 ejusdem Romam; sed Parisiis mutata mente Biturigas divertit.

178. 5 Nov. **Thomas Rob,** Neabredonensis æt. 20 missus a P. Leslæo ad logicam, postea valde commendatus a R. P. Rob admissus ad societatem a P. Montmorency; ivit Sept. 1625 Mechliniam ad novitiatum, indeque Aprili 1626 Romam. [Egregie se gessit primo Londini agens procuratorem missionis deinde Duaci hujus Rector Collegii factus an. 1640 Sept. 26 illud rexit usque ad 20 Sept. an. 1646, quo ad missionem in Scotiam missus est quam et annis sedulo vivit in Gallovidia apud comitissam Nithesdalia ad annum 1672 commoratus quo, sublata e vivis comitissa Mordintonium missus est ubi et modo degit natus annos 68 nominatusque iterum Rector.]

179. 25 Nov. **Archibaldus Hegatus,** Româ post auditos biennio casus, remissus cum litteris P. Elphinstoni rectoris et P. Busæi assistentis Germaniæ. Ordinatus extra tempora Cameraci omnibus sacris postulavit ire Parisios unde Burdigalam digressus ubi non sine fructu subsistit: inquit P. Lobetius.

180. 6 Dec. **Alexander Brun,** ex Scotia cum literis P. Lindsay ad poeticam anno 1623 in fine rhetorices. Ivit in Galliam unde æger rediit; sed finiente tandem malo dimissus Februario 1626. Est sacerdos Castrensis in Gallia 1640: inquit P. Robæus.

1624.

181. 12ª Jan. **D. Jacobus Stuart,** hic Ridochus, absolutis philosophia et theologia Romæ huc sacerdos cum P. Elphinstoni testimonio et patentibus R. P. N. Generalis. In via viatico et morbo exhaustus advenit ut hospes. Hinc 25 Feb. ivit in Scotiam unde quinto post mense redux ingressus est Tornaci 30 Julii societatem; unde ob passiones indomitas dimissus. [In reditu captivus Neocastri fertur admisisse protestantium juramentum.]

182. 15 Apr. **Gulielmus Leslæus,** Lergiensis, juxta Aberdoniam æt. 17° ad syntaxim missus ab avunculo D. Galloway Canonico Ş^ti

Quintini ductu P. Mortimeri et P. Curlæi. Post auditam rhetoricam remissus ob pestem ad avunculum, et ab eo Romam inde Duacum venit et factus est sacerdos: hactenus P. Lobetius. Estque Canonicus loco avunculi, inquit P. Robæus.

183. 2 Maii. **Alexander Gray,** annos 10, natus Carpentoracti ex patre et matre Scotis nobilibus venit ad figuras, solvit usque 180 circiter florenos, dimissus cum cæteris ob pestem 20 Julii.

184. 19 Julii. **Henricus Burrellus,** Edinburgensis, 22 annorum, cognatus proximus P. Curlæi ad rhetoricam et mox ad logicam, post paucos dies reconciliatus; peracta logica, rationalibus de causis postulavit mitti ad seminarium Romæ quo profectus est 18 Aug. 1625.

1625.

185. 1 Aug. **Joannes Setonus** (filius Chamberlani de Fyvie, inquit P. Robæus), cognatus Joannis Setoni dicti apud nos Oliverii, audita et propugnata Flexiæ philosophia missus a R. P. Cottonio Franciæ Provinciali ad R. P. Herennium Provincialem nostrum. Hic retentus est usque . . . Augusti 1625 quo ivit ad noviciatum societatis Tornacensem, hactenus P. Lobetius. Est societatis ait P. Gallæus. E Scotia, inquit P. Robæus, missus Madritum, superior seminarii Scotorum, ibi obiit.

186. 3 Sept. **Georgius Camerarius,** hic Patricius Johnstonus, patria Banffiensis missus et commendatus a P. Leslæo ad logicam 22 annorum, jam quadriennio traditis humanioribus in Scotia, quo vacillans in fide remissus est 26 Martii 1626. Uxorem postea duxit, ait P. Robæus, et hæreticus obiit.

187. 29 Sept. **Thomas Campbell,** Clidisdallensis e Bigira, 20 annorum ad logicam a P. Georgio Turnebul et P. Joanne Campbell capucino commendatus, redux ex Lotharingia post paucos dies petiit et obtinuit dimissionem 16 Oct. 1626. Ingenii erat turbulenti et instabilis.

188. 29 Sept. **Alexander Campbell,** 18 annorum, Thomæ frater et ab iisdem commendatus, ad logicam. Abiit exeunte æstate 1627.

1626.

189. 20 Julii. **Alexander Fraser,** Aberdonensis 22 circiter annorum missus a P. Georgio Mortimero ad logicam inquit P. Lobetius. Discessit, ait P. Gul. Leslæus, in Germaniam in Nov. 1628 et ibi factus est societatis. Ubi obiit 1643, addit P. Robæus.

190. 29 Sept. **Gilbertus Gordonus,** a PP. Leslæo, Christio, Valente et Stephano commendatus, sed paucis diebus a Thoma Campbell seductus abire voluit in Scotiam, inquit P. Lobetius. Est miles in Anglia 1640, ait P. Robæus. Obiit Parisiis, ait P. Gulielmus Christius.

1627.

191. 24 Feb. **Henricus Nisbet,** Maistertonæ prope Edinburgum natus, 16 annorum, a R. P. N. Generali et P. Elphinstono commendatus ad syntaxim, discessit in Julia 1631. Fidem fregit et sæpe in fide Catholica vacillavit, inquit P. Robæus.

192. 7 Apr. **Joannes Abercromby,** ex pago Kirk of Rayne 14 annorum Parisiis missus a D. Pendrico ad grammaticam. Discessit ob valetudinem Junio 1631, rediit Nov. 1632, discessit etiam eadem de causa in Maio 1633.

Duce Reverendo Patre Joanne Stephano venerunt, inquit P. Lobetius:—

193. 7 Dec. **Arthurus Cheyneus,** Aberdonensis, 17 annorum, ad rhetoricam, Junio 1629 discessit Parisios et inde Romam. Dicitur sacerdos, ait P. Th. Robæus.

194. 7 Dec. **Jacobus Blackburne,** Fifensis ex Innerkeithing, 19 annorum. Finita philosophia, petiit admitti in societatem; sed ad phtisim tendere visus, suasu medicorum rediit in Scotiam Julio 1630, ibique sancte uti vixerat, obiit omnibus Ecclesiæ sacramentis munitus.

195. 7 Dec. **Adamus Gordonus** ex Cults ad poesim, Aprili 1631. Ivit in Scotiam unde redux ad societatem. Studet theologiæ Romæ 1646. Aprili 1668 Duaci Rector obiit. [Abiit in Scotiam in Apr. 1631, posteaque factus miles in Gallia, iterumque hic receptus ad audiendam philosophiam, hinc Romam abiit ubi et

Societatem ingressus est factus Rector Collegii nostri Romæ subindeque Madriti, unde ad missionem evocatus est, indeque Duacum remissus, ubi mortuus est Rector Collegii nostri in Apr. 1668: vir valde bonus patriaque sua in . . . amantissimus.]

196. 7 Dec. **Joannes Brunus,** ad syntaxim. Discessit in Feb. 1630.

197. 7 Dec. **David Abercrombeus** ex Petelpie ad syntaxim. Discessit ob valetudinem in Junio 1631. Est pedagogus secundo nato Comitis Wentonii 1640. Medicinæ operam dabat Londini 1664.

198. 7 Dec. **Joannes Patersonus** ex New Abbey ad syntaxim. Discessit in Hispaniam 1632 mense Nov. factus societatis ibidem, inquit P. Gallæus; pie obiit, ait P. Thᵉ Robæus.

199. 7 Dec. **Thomas Brunus** ex New Abbey filius Dñi Joannis Bruni de Lockhill et Joannæ Johnston de Neuby, commendatus a P. Gulielmo Leslæo ad syntaxim; ivit Nov. 1632 in Hispaniam ubi in noviciatu Societatis obiit in magna opinione sanctitatis in pervigilio Annunciatæ Virginis, cui votum Virginitatis in seminario obtulerat, ipse insuper mortem prædixerat: hactenus P. Jacobus Brunus. [Maxime spei juvenis sed qui cælo maturus in terris diutius jacere non debebat.]

200. 7 Dec. **Alexander Brunus,** hic Haius, ad grammaticam. Discessit in Maio 1631. Uxorem duxit in Hybernia, ait P. Gallæus; unde, addit P. Th. Lobæus, Valentinus Brunus ejus filius huc et inde ivit Insulas ad seminarium Hibernorum, ubi non receptus, hic ego retinui donec responsum ex patre haberet.

201. 7 Dec. **Joannes Brunus,** de Bacby, hic Præpositus dictus, ad grammaticam. Abiit Maio 1632.

1628.

202. 5 Mar. **Reginaldus Macdonell,** montanus, 26 annorum, commendatus a P. Curle et D. Colonello Semple ad maturandum in Scotiam reditum voluit mitti ad seminarium Montense pro casibus et controversiis audiendis. Sic finitis studiis et sacerdotio initiatus hinc in Scotiam discessit Junio 1629.

P. Jacobus Bonfrerius P. Lamberto Lobetio successit, Sep. 1628.

Duce Patre Stephano venerunt, inquit P. Bonfrerius :—

203. 31 Oct. **Alexander Hayus** de Fetherleter, Bamfensis, ad grammaticam ; abiit Junio 1633 in Scotiam. Factus hæreticus, inquit P. Ths. Robæus.

204. 31 Oct. **Georgius Leslæus,** Gareothensis, ad poesim commendatus a P. Gulº Lesleo. Post philosophiam pro negotiis parentum Junio 1632 discessit in Scotiam unde ad societatem rediit. Factus in Scotia Superior ; ibi per multos annos utiliter laboravit, et ex patrimonio 2000 mercas seminario dedit, ait P. Lebrun. [Ad patriam juvandam est missus ; in ea multis jam ab annis pie solerterque se gerit nulli parcens labori iterque pedes plerumque conficiens, quod virum cæteroquin a natura robustum æquo citius exhausit. Sed vires supra naturam auget charitas, missioni per sex annos præfuit superior, memorque acceptæ hic educationis duo marcarum Scoticarum millia in animi grati monimentum Seminario misit an. 1670.]

205. 31 Oct. **Gulielmus Monteith,** Glasguensis, ad grammaticam ; abiit in Scotiam Feb. 1634 et inde Romam profectus, factus est societatis ibidem. Erat 1640 in Collegio Anglicano Leodii. Postea, inquit P. Lebrun, in missione Anglicana cum plausu laborans obiit.

206. 31 Oct. **Alexander Camerarius,** Aberdonensis (alias Nachtie, pius adolescens ait P. Gall) ad figuras, obiit in seminario Feb. 1631.

207. 31 Oct. **Joannes Innes,** Sotherlandiensis, ad grammaticam ; abiit in Scotiam Aprili 1631. Uxorem duxit, inquit P. Gall.

208. 25 Nov. **Patricius Ogilbeus,** rediit ad seminarium pro rhetorica ; abiit Maio 1630. Factus miles, inquit P. Gall.

209, 210. 27 Nov. **Gulielmus Sharp** et **Adrianus** fratres ad grammaticam, uterque Londini patre Scoto natus. Adrianus ob valetudinem in Angliam rediit Maio 1632, Gulielmus est Societatis Romæ 1640.

1629.

211. 1 Mar. **Alexander Letus,** Aberdonensis, ad rhetoricam, abiit Junio 1630 in Scotiam. Militiam secutus in Gallia, inquit P. Gallaeus. Hoc adesse videtur cum 2º abiit 7 Jan. 1633.

212. 4 Julii. **Henricus Burellus**, ad theologiam; abiit Octobre 1629.

213. 28 Julii. **Alexander Setonus**, Edinburgensis, ad poesim, convictor; abiit Julio 1631. Uxorem duxit, inquit P. Gallæus.

214. 28 Julii. **Fredericus Maxwell**, Gallovidiensis, filius Comitis de Herris, ad grammaticam; abiit Nov. 1632 in Hispaniam ubi factus societatis; ibidem obiit rector seminarii Scotorum Madritensis.

215. 28 Julii. **David Leslæus**, Balveniensis, ad grammaticam; obiit in seminario Aprili 1632; sepultus in templo Collegii Wallonum.

216. 28 Aug. **Gulielmus Durhamus**, Edinburgensis, ad poesim; abiit in Scotiam valetudinis causa Apr. 1632.

217. Oct. **Joannes Knox**, diœcesis Glasguensis, 18 annorum, ad grammaticam. Renfrewensis, hic dictus Anderson, fidem deseruit.

218. Nov. **Alexander Brusius**, Buchaniensis, 2° ad syntaxim; abiit post mensem valetudinis causa. Factus sacerdos, ait P. Th. Rob.

219. Dec. **Gulielmus Leslæus**, nepos Dñi Galloway, Canonici S. Quintini, venit 2° 23 annorum ad theologiam, abiit sacerdos exeunte Apr. 1633, obiitque Canonicus S^{i} Quintini circa annum 1696.

1630.

220. 13 Feb. **Joannes Rob**, ad grammaticam 15 annos natus Londini patre Scoto et cognatus Patris Rob; Londinum remissus 1635. Est recolecta, ait P. Tho^{s} Robæus.

1631.

221. 11 Junii. **Gilbertus Brunus**, Dumfrisiensis, 14 annorum, ad figuras, remissus in Scotiam in Junio 1633 quia ineptus ad studia.

222. Julio. **Gilbertus Camerarius**, Aberdonensis, 18 annorum, ad syntaxim. Ivit Romam ad philosophiam.

Oct. P. Bernardus Robienoy, Namuranus, successit P. Jacobo Bonfrerio.

223. Nov. **Adamus Gordon** ex Colts 2° admissus ad philosophiam. Abiit Romam ad theologiam 8 Maii 1634, ubi factus est societatis.

1632.

224. Jan. **Alexander Lethus,** 24 annorum, 2° admissus ad philosophiam; abiit 7 Jan. 1633. Factus miles, ait P. Gallæus.

225. Maio. **Alexander Maxwellus,** Dumfrisiensis, filius Dñæ Gripton, 16 annorum, ad grammaticam; abiit Parisios ad matrem. Mortuus est, inquit P. Gall.

226. Julio. **Joannes Gordonus,** Aberdonensis, 17 annorum, ad grammaticam filius fratris Baronis de Clunie; missus a P. Gulielmo Lesleo Parisios ad patrem instantem, et inde Romam 1635. Uxorem duxit in Suevia, inquit P. Gallus. [Juvenis ingenio indoleque bonus sed paulo in vanitatem pronior.]

227. Julio. **Jacobus Andersonus,** Bogivallensis, 21 annorum, ad poesim. Ingressus societatem Tornaci 1636 4 Sept. [Mox theologiæ studuit inde per aliquot annos præfuit magister tum Seminarii res curavit minister et procurator, indeque Rector et Vice Rector, tandem in missionem evocatus multos in ea annos pie utiliterque censum præsit inde Madritum ad regendum nostrum Seminarium emissus ibi hodie Rector degit.]

R. P. JOANNES ROBÆUS 1ª rector seminarii venit Septembri successurus Bernardo Robienoy.

228. 8 Sept. **Joannes Smitheus,** Dumfrisiensis, 16 annorum, ad grammaticam, hic dictus Durham [?] Niddisdaliensis. Sacerdos sæcularis, laborat 1649 in missione, inquit P. Gallæus. Postea factus societatis est in Anglia 1671, ait P. Robæus. Jam sacerdos ingressus societatem Wattenis 27 Oct. 1659, ætatis 43.

229. Alter presbyter Scotus ejusdem nominis [**Joannes Smith**] cum quadriennio humanioribus, triennio philosophiæ et quadriennio theologiæ studuisset, sacerdos societatem ætatis 32, die 11 Sept. 1637, Burdigalæ ingressus, unde post emissa vota missus est Duacum.

230. Initio Oct. **Gilbertus Gordonus,** Sutherlandus, 35 annorum, ad theologiam, abiit valetudinis causa Aug. 1633. Erat miles 1640. Ordinis S. Bernardi, inquit P. Gallæus.

231. 8 Oct. **Carolus Foncanot,** Edinburgensis, 17 annorum, ad syntaxim. Abiit in Scotiam, inquit P. Gul. Leslæus et in confinibus Angliæ pedagogum agebat 1640. Factus sacerdos Madriti in Hispania, inquit P. Gallæus.

232. Nov. **Patricius Conæus,** Toraviensis, 17 annorum, ad grammaticam; e rhetorica ivit valetudinis causa in Scotiam. Unde Romam post patrui obitum profectus, jam est in Collegio Scotorum ibidem, inquit P. Robæus. [Ubi patruus Dns. Georgius Connæus Cardinalatus proximus amicitiam illi Barbarinorum reliquit pro hæreditate, haec bene usus apud Card. Antonium est in magna gratia, ipsiusque in Gallia beneficiis præest cum dignitate hoc an. 1671.]

233. Nov. **Alexander Herveus,** 16 annorum, ad grammaticam, abiit in Scotiam absoluta rhetorica. Uxorem duxit et mortuus est, ait P. Gallæus.

234. Nov. **Thomas Abercromby,** Deidonensis, 16 annorum, ad figuras; abiit valetudinis causa in Scotiam Junio 1633. Uxorem duxit, ait P. Gallæus.

1633.

235. 6 Jan. **Robertus Franciscus Irvinus,** Aberdonensis, 19 annorum, ad grammaticam. Ex tyrone societatis nostræ et ordinis S^ti^ Benedicti presbyter et postea Capucinus, ait P. Gallæus. Est Londini in Somerset House, hoc anno 1668; mortua regina Caletum rediit, hoc anno 1671, ait P. Lebrun. 12^a^ Martii 1633 Robertus Irvinus de Beltre ivit in Scotiam dispositurus de bonis temporalibus quum ardenter petens admitti coadjutor temporalis studiorum incapax præ capitis dolore, huc redux abiit 15 Maii ad tirocinium Wattense, ibique spiritualia exercitia aggressus 19 Maii 1633, unde petiit dimitti: hactenus P. Robæus. [Huius quam varia fuerit fortuna vix facile dixerim. Hinc Romam abiit societatem ibi ingressurus; inde in Germaniam futurus monachus discessit, inde Duacum rediit a latronibus spoliatus in Collegio servum aliquamdiu egit futurus coadjutor temporalis sed suadente R. P. Thoma Robæo theol. est aggressus an. 1640; illius pertæsus coadjutor ut fieret Watenis obtinuit; sed et

statum illum exosus in Germaniam abiit ubi et sacerdos et monachus factus est Benedictinus; sed nec in eo illi esse statui potuit bene egressus ad Capucinos secessit apud quos tandem professione legatus hæsit, hæretque valde bonus religiosus. An. 1665 in Scotiam pergens Londini inter Capucinos Reginæ matris detentus est; sed illa amortua an. 1669 in Galliam iterum remissus est habitatque Caleti hoc an. 1669.]

236. 6 Jan. **Thomas Menesius**, Meernensis, 14 annorum, ad figuras; 6 Feb. 1634, abiit ob valetudinem in Scotiam. Mortuus est ibidem, ait P. Gallæus.

237. 6 Jan. **Thomas Gordonus**, filius d'Abergeldie, Aberdonensis, 17 annorum, ad figuras, dimissus ob ineptitudinem in Maio.

238. 6 Jan. **Jacobus Gordonus**, ejus frater, 14 annorum, pro trivialibus scholis; etiam dimissus ob ineptitudinem in Septembri. Uterque, ait P. Gallæus fato concessit.

R. P. Joanne Robæo rectore mortuo 13° Martii 1633 remansit vice rector R. P. HYPOLITUS CURLÆUS.

239. 2 Maio. **Arthurus Chineus**, 2° admissus pro theologia, abiit in Scotiam initio Augusti.

240. Initio Junii. **Thomas Collinsonus**, Aberdonensis, 14 annorum, ad grammaticam remissus ob valetudinem in Scotiam, inde ivit Romam, ubi est in tyrocinio societatis 1640, sed inde demissus 15 Apr. 1641 ob difficilem indolem; studet in Collegio Scotorum Romæ. Dimissus et inde ob indolem pervicacem, in Scotia uxorem duxit, hæc P. Gallæus. Rediit, ait P. Robæus, ex Scotia; commendatus a P. Gallæo receptusque est in seminario Duaceno 16 Nov. 1643 ad philosophiam, 24 annorum, sed expulsus 9 Martii 1644 ut seditiosus. Redux in Scotiam uxorem duxit et a fide defecit, ait P. Gallæus, resipuit tamen vivitque ad modum Catholice anno 1668, ait P. Lebrun.

241. 20 Julii. **Jacobus Gordonus** ex Coclerachie, Aberdonensis, 19 annorum, ad poesim; abiit ob valetudinem in patriam 10 Maii 1634, ibique uxoremque duxit.

1634.

242. 10 Mar. **Alexander Gordonus** de Kinkraigie, Aberdonensis, 20 annorum, ad syntaxim; e rhetorica redivit in Scotiam ubi uxorem duxit.

A R^do^ P. GULIELMO LESLÆO, rectore, ex-superioreque missionis, recepti sunt:

243. 3 Aug. **Jacobus Flaminius,** ex patre Niniano et matre Christina Philippi, commendatus ab admodum R^do^ patre Roberto Philippi avunculo suo 20 annorum, ad poesim. Hic obiit, jacet in templo S^i^ Jacobi, Duaci.

244. 3 Aug. **Georgius Patersonus,** Diœcesis S. Andreæ, patre Jacobo Scoto et matre Maria Ruby Gallo-belga, 14° anno ætatis inchoato ad grammaticam. 7^bri^ 1640 missus per Angliam ad noviciatum societatis Parisiensem cum patentibus R. P. N. Mutii Vitelleschi, inquit P. Robæus. Peracto Parisiis tirocinio in eadem provincia humaniores literas docuit, postea missus Londinum, ibi a multis annis agit solertem missionis procuratorem, magno in pretio habitus ab omnibus catholicis quorum plurimos juvat: hactenus P. Lebrun. [Est enim vir cum urbanus perpolitusque imprimis tum pius et in rebus hoc tempore controversis maxime versatus; qui de omnibus bene, de Seminario hoc optime in omnibus meretur nulli pro nobis labori parcens, licet nihil aut a nobis aut a missione accipiat tanto ab omnibus faciendus pluris, quanto rarius, est homines ejusce modi invenire. Vivit per Dei gratiam vegetusque communi se bono devotus incumbit hoc an. 1671; in multos utinam vivat valeatque.]

245. 4 Aug. **Georgius Bissetus,** ex patre D. Roberto de Lessendrum et matre Joanna Gordona, 17 annorum, ad syntaxim convictor; anno jam in tyrocinio peracto missus est in Sept. Romam, dubius an ad patris instantiam cum R. P. Nostro, quod ipse juvenis omni arte carebat. Hoc ab ipso inter Diepam et Rotomagum Romam tenens didici 1640. Approbante demum parente perseverat et nunc theologiam audit in collegio Romano societatis: hactenus P. Robæus. [In theologia super omnes excelluit, vir omni literatura excultissimus utinam et in publicam illud bonum exprimeret. Bis Collegii nostri Romæ Rector fuit, utinam quam in

doctrina est præstans tam et suae se gentis amantem præstitisset. Hoc an. 1671 a Regimine Collegii evocatus in . . .]

246. 7 Aug. **Joannes Brunus,** ex parente Gilberto de Bakbie et matre Joannâ Grier rediit ad nos, 20 annorum; remissus in Scotiam anno 1635 ut minus idoneus ad finem seminarii, alioquin bonus juvenis.

247. 7 Sept. **Gilbertus Gordonus,** tertio rediit 36 annorum. Ingressus Soc. Jesu Romæ 1636 sed non perseveravit. Item Benedictinos in Germania deseruit, et jam in Anglia militem agit 1640, ait P. Robæus. 1649 receptus est Bernardinus Parisiis, inquit P. Gallæus.

248. 29 Oct. **Jacobus Brunus,** ex parentibus D. Joanne de Lochillis et D. Joanna Johnston de Newby, 15 annorum, infimista. Absolutis, ait P. Robæus, cum omnium approbatione studiis philosophicis, est jam in tyrocinio societatis Parisiis 1642. Humaniores litteras et tres philosophiæ cursus in Gallia docuit, ibidemque deinde quinquennio concionatus est, tandem ad hoc collegium regendum venit in pervigilio SS. Petri et Pauli 1668. [Obiit in Scotia bonus operarius.]

249. 9 Dec. **Andreas Leslæus,** ex parente Georgio Leslæo et matre Mariora Leith, Garrochiensis, 21 annorum, ad syntaxim. Dimitti petiit, inquit P. Robæus, et varias dein regiones peragravit; fuit melioris judicii quam ingenii. Videtur hic omnino distinctus a P. Andrea Leslæo de Conrack qui fuit ex patre Gulielmo et Isabella Harveia de Elrick qui et fuit Jesuita, Rector Romæ 1650, et in missione obiit.

250. **Walterus Hervæus,** ex patre Alexandro et Joanna Leslæa 15 annorum, ad grammaticam, ob valetudinem remissus in Scotiam. Unde in Hispaniam profectus militiæ nomen dedit ibidem, ait P. Gallæus. [Juvenis ingenio multisque dotibus insignis, sed ab aliquo, cuius nomen sileo, in transversum actus abire voluit valetudinem causatus; in bello Scotiæ factus a Rege eques auratus in Hispaniam regiis rebus profligatis abiit, ibique factus colonellus decessit, magno patriæ damno, nam ea habebat ex quibus optimus constari Jesuita potuisset.]

1636.

251. 10 Sept. **Alexander Skimers,** parentibus Joanne et Agnete Gibson, Edinburgensis, 15 annorum, commendatus Madrito a P. Hugone Sempilio et P. Joane Setono; missus est anno 1640 Romam ad collegium Scotorum estque tyro societatis ibidem 1642; nunc 1671 degit Laureti.

252. 14 Sept. **Jacobus Boydæus,** parentibus Andrea Boyd et Joanna Knox, Paslaviensis, 15 annorum, commendatus a R. P. Roberto Valente nomine ill^mi comitis de Abercorne. Romam missus ut studia prosequeretur, inquit P. Robæus; post aliquam moram Londini, rediit in Scotiam et a fide defecit. Anno 1663, inquit P. Lebrun, catholicus Londini agebat portatorem, ut dicunt, pauperiei sublevandæ causa.

253. 30 Sept. **Alexander Conæus,** Turriffensis, parentibus Jacobo Con et Helena Kinære 15 annorum, commendatus a D. Geo. Con patruo suo ad syntaxim. Absoluta philosophia societatem ingressus est Parisiis 1641, ubi est tyro 1642. Docuit in provincia Franciæ literas humaniores et philosophiam cum plausu, postea profectus in missionem Scoticam in ea præclare agit hoc anno 1668, factus ejusdem superior: hæc P. Lebrun.

254. 30 Sept. **Alexander Leith,** Aberdonensis, parentibus Joanne et Margareta Mortimera, commendatus a patribus missionis ad grammaticam. Hinc, inquit P. Robæus, propugnata cum laude philosophia universa, abiit 27 Aug. 1642 Romam ad theologiam. Anno 1649, est, inquit P. Gallæus, ab epistolis Marchioni Montisrosarum. Tandem, addit P. Lebrun, Londini nihil agens et nihil habens præter fidem obiit 1663.

255. 30 Sept. **Gulielmus Laurentius Leslæus,** Rothesiensis, diœcesis Moraviensis, parentibus Alexandro Leslæo et Agnete Gordona, 14 annorum, ad figuras. Hinc missus Romam ubi presbyter factus, ait P. Gallæus; apud Cardinalem Barberinum in pretio est, inquit P. Lebrun.

1637.

256. 23 Feb. **Alexander Andersonus,** Aberdonensis, parentibus Roberto Andersono et Isabella Duncan, 14 annorum, ad figuras. Abiit

hinc 25ª Feb. 1642 ad rhetoricam Romam, ubi 8 Sept. 1643, ingressus est societatem. Ex eâ dimissus, inquit P. Lebrun, vagatur.

257. 22 Sept. **Georgius Mackghie,** Glasguensis, parentibus Davide et Catharina Pros., 15 annorum, ad grammaticam. Abiit, inquit P. Gall, in Hyberniam, unde redux studuit rhetoricæ et philosophiæ in seminario Parisiensi et est jam centurio.

258. 28 Oct. **Thomas Patersonus,** diœcesis S. Dunstani, 13 annos natus Londini parentibus Jacobo Patersono, Scoto, et Maria Ruby, Gallobelga, societatem ingressus Nancæi anno 1646 mense Octobri; utiliter agit in missione 1668.

259. 26 Nov. **Joannes Lytheus,** Aberdonensis diœcesis, 15ᵐ agens, cujus parentes Joannes Leitheus et Margareta Mortimera, sicut et ipse puer ab hæreticis in odium fidei excommunicati sunt. Ex hoc et Romano Scotorum Collegio dimissus, ait P. Gall, ob alienum a statu ecclesiastico animum. 14 Aug. 1643 ex seminario Duaceno abiit rhetor Parisios ad consanguineum seminarii Scotorum ibi præsidem, ait P. Robæus.

260. 26 Nov. **Carolus Thomsonus,** Edinburgensis, 15 annos natus ex Georgio Thomsono et Margareta Fraser, commendatus a patruo suo R. P. Gulielmo Thomsono, Franciscano, ad quem in Angliam remissus est nepos anno 1640 ut discolus, licet satis ingenio polleret.

1638.

261. 29 Jan. **Antonius Mortimer,** 13 annorum, ex patre Georgio et matre Angla, anº 1641 remissus ut discolus 13 Martii.

262. **Gulielmus Laing,** 13 annos natus ex Gulielmo Laing et Elizabeth Andersona, Aberdonensibus; dimissus ad matrem Bruxellas ob valetudinem; submersus anno 1649 in Hispania in Comitatu Marchionis de Castello Rodriguez. Redierat Bruxellis 1 Oct. 1642 16 annorum, ad grammaticam; anno 1643 dimissus ut ineptus ad studia.

1639.

263. 31 Mar. **Thomas Setonus** [de Munie], 13 annorum, ex parentibus Gulielmo et Mariora Innes, commendatus a Barone de Meldrum

cognato suo et aliis. Remissus in patriam ut difficilis, aversus a fine seminarii et doctrinæ quam virtutis capacior, ait P. Robæus.

R. P. Gulielmo Lesl̃æo obeunte 12ª Apr. 1639, P. Minister JOANNES LE PIPRE vice-rector fuit usque Julium ejusdem anni 1639 quo advenit R. P. JOANNES de la ROSCHE [Belga].

264. Anno exeunte. **Robertus Franciscus Iruinus,** diœcesis Aberdonensis, rediit huc ad theologiam, [ad instantiam omnium Scotorum hic degentium de consilio R. P. Provincialis readmissus]. Ex tirocinio nostro Wattensi et Benedictino tum Ratisbonensi tum Herbipolensi egressus, factus tandem sacerdos et postea Capucinus: hactenus P. Gallæus; vide 1633 Jan. 6.

1640.

265. 31 Sept. **Petrus Grumelier,** 17 annorum, ex parentibus mercatoribus Valencenensibus [patre D. Johanne Grumelier matre Anna de Quesnoi], ad physicam; ad logicam anno præcedente admissus fuerat a R. P. de la Rosche.

266. 31 Sept. **Godefridus le Sage,** 19 annorum, ex parentibus mercatoribus Valencenensibus [patre Johanne le Sage matre Joanna Buirett] ad logicam.

267. 15 Oct. **Martinus de Woerden,** nobilis filius gubernatoris Cerviæ, 16 annorum, ad logicam [nobilibus ortus parentibus Cerviæ et ob pietatem eximiis, patre illustri admodum domino Dno. Martino de Woerden dum viveret gubernatori Cerviensi, matre illustri admodum domina Dna. Anna Vander Camere quæ pietate familiam suam magis illustrem reddit].

Evocato, post annum et amplius rectoratus, a R. P. N. Mutio Vittellescho R. P. Joanne de la Rosche ob quasdam cum alumnis difficultates, Ego THOMAS ROBÆUS ejusdam societatis sacerdos, ejusdem R. P. Nostri authoritate successi 26 Sep. 1640. Nostrorum quorundam precibus motus Belgas convictores admisi, alumnis tamen in omnibus assimilandos, excepta veste clericali, ita tamen ut convictores illi togis domesticis in cubiculis et refectorio uterentur.

Dominus Alexander Irvinus, exul jam a 16 annis e Scotiâ cum uxore Mariora Menzies ob invictam in fide Catholica constantiam, propter quam in patriâ, ubi domus ejus semper habita est pro domo societatis, totidem ante exilium annis inaudita passus est, ad huc licet fundo satis opulentus, bonis tamen suis ob exilium et temporum angustias frui non potest. Hic porro Dñus Alexander Irvinus Diepâ adduxit duos filios suos primum 11 annorum ad grammaticam secundum 9 annorum, ad figuras, suntque :—

268. 17 Dec. **Robertus Franciscus Irvinus** ;

269. 17 Dec. **Alexander Irvinus.** Hactenus P. Robæus. Prior, nempe Robertus, ait P. Gallæus, missus est 12° Sep. 1647 ad seminarium Scotorum Madritense et anno 1650 ad Coll. Scot. Romanum se contulit ; secundus, scilicet Alexander, annis omnino novem hic enutritus in studiis, alienus a statu ecclesiastico petiit Parisios ad parentes dimitti.

1641.

270. 13 Julii. **Georgius Andersonus,** 24 annorum, ex parentibus Georgio camerlano Marchionis Huntlæi in Tulloch Cromariæ oppido, et Margareta Hall ; post octiduam probationem admissus est ad humaniores literas. Ivit in Hispaniam.

271. 12 Sept. **Jacobus Cadenheade,** alias Grayus, 23 annos natus prope Drum parentibus Andrea Cadenheade et Isabella Gray, peracta in Scotiâ philosophia, huc latinitatis ergo venit ad rhetoricam. Ex qua abiit 25 Feb. 1642 ad seminarium Scotorum Romanum, unde ob insolentiam expulsus fuit 15ª Maii 1646 : hactenus P. Robæus.

272. 28 Nov. **Franciscus Menesius,** Neabredonensis, 19 annorum, ex parentibus Thoma Menesio de Balgannie et Margareta Gordona, Aberfeldy, nobilibus de Balganni Catholicis ad grammaticam. Dimissus, ait P. Gall, quia ineptus ad studia.

273. 28 Nov. **Gilbertus Menesius,** frater Francisci, 13 annorum, ad figuras. Missus, ait P. Gall., in Hispaniam ; in itineri substitit Parisiis, jussu parentum ; adolescens ingenuus, suavis indolis et apprime aptus ad studia.

274. 28 Nov. **Alexander Lumsden,** Aberdonensis, 17 annorum, parentibus Mro Gulielmo Lumsden et Helena Barclay, Catholicis, ad syntaxim. Abiit 19 Aug. 1644 Herbipolim, ubi factus monachus, sed inde, 1645 ante vota, ait P. Gall, Romam ad Collegium Scotorum se contulit. Denique, ait P. Robæus, factus Dominicanus in Scotia est 1671.

275. 28 Nov. **Patricius Lumsden,** Alexandri frater, 15 annorum, ad syntaxim. Dimissus, ait P. Gall., anno 1646 ob mores incorrigibiles; abiit ad seminarium Scotorum Paris, ubi est.

Hi quatuor præcedentes simul venerunt valde commendati a superiore missionis et P. Gulo Grant.

1642.

[16 Junii. Sacramentum confirmationis ab Episcopo Audomarensi Duaci in Ecclesia S. Jacobi collatum est infrascriptis: Johanni Letho, qui in confirmatione dictus Aloysius; Thomæ Patersono, dictus Josephus; Alexandro Lumsdene, in confirmatione Benedictus; Patricio Lumsdeno, Augustinus nuncupatus; Thomæ Setono, Ludovicus; Francisco Menesio, Benedictus; et Gilberto Menesio, Paulus dictus.]

[21 Sept. Justis de causis superiorum suasu ac concilio admittendos * * * sequentes convictores.]

276. 21 Sept. **Udislaus Zawadzki,** nobilis Polonus convictor, 18 annorum, ad philosophiam [patre illustrissimo D. Johanne Zawadzki castellano Gedanensi ac Suecensi gubernatore, matre illustrissima Dna Zophia Sabina a Szuerin].

277. 21 Sept. *** ***, Udislai famulus, Attrabatensis [honestis natus parentibus] ad physicam. Eodem anno dimissus in profesto Sti Andreæ nolens se accommodare disciplinæ seminarii.

1643.

278. 10 Sept. **Gualterus Forbesius,** 18 annorum, parentibus D. Jacobo Forbesio de Blacton et Magdalena Fraser filia baronis de Forlorthia, commendatus a P. P. Andrea Leslæo et Gulielmo Grant ad grammaticam. Uxorem duxit et hæreticus factus est, ait P. Robæus, 1671.

279. 10 Sept. **Arthurus Forbesius,** Gualteri frater, 12 annorum, ad figuras. Missus anno 1640 ad seminarium Madritense unde dimitti petiit in Scotiam, ubi duxit uxorem 1671, ait P. Robæus. Boni ingenii fuit, sed pervicacis indolis: hactenus P. Gallæus.

280. 2 Oct. **Joannes de Burgen,** 18 annorum, filius unicus illustris Dni. Octaviani de Burgen, Scoto-flandri, et Dnæ. Mariæ de Zonnighem, convictor ad philosophiam. Dimissus ut lubricus et inconstans postquam jam secundo aufugisset, 20 Nov. 1643.

281. 29 Oct. **Henricus Withrintonus,** 16 annorum, Northumber [patre Dno Roberto Withrintono defuncto, matre Dna Anna Clennel ante nuptias dicta in Westhalla prope Hexim] convictor ad grammaticam. Dimissus post annum quod pensio non solveretur. Factus est Franciscanus inter recollectas Anglos, ait P. Robæus.

282. 16 Nov. **Joannes Menesius,** Aberdonensis, 16 annorum, ad grammaticam, parentibus nobilibus Thoma de Balganni et Margaretâ Gordona de Grandhome; commendatus a P. Gallæo Parisiis ubi fuerat duobus annis in seminario Scotorum. Ex hoc sicut et Madritensi dimissus est ineptus ad studia, anno 1649 factus est Parisiis Canonicus S^tæ^ Genovefæ, ait P. Gallæus.

1644.

283. 10 Mar. **Joannes Forbesius,** 17 annorum, ex parentibus D^o^ Duncano Forbesio de Campbell et Dña Elizabetha Forbesia de Cors hæreticis, ad syntaxim; anno 1647 missus ad seminarium Madritense petiit et obtinuit dimissionem 1648 in Scotiam, ibi fidem deseruit. Est jam 1671, ait P. Robæus, prætor capitalis permanetque singularis nostrorum et Catholicorum amicus.

284. 10 Mar. **Georgius Herveus,** etiam ad syntaxim, parentibus Gilberto Herveo et Joanna Petri pariter hæreticis. Uterque, nempe Joan. Forbesius et Geo. Herveus heri gratulanter confessus est Patri Joanni Seton, et hodie professionem fidei fecerunt in sacro meo ante consumptionem: hactenus P. Robæus. Georgius Herveus 18 Aug. 1644 abiit in Hollandiam ad parentes præ dolore capitis incapax studiorum.

285. 25 Mar. **Jacobus Forbesius,** 14 annum agens, ex parentibus Joanne Forbesio de Corsinday et Margareta Fraser de Dores,

gratulanter confessus P. Joanni Setono et professione fidei editâ in sacro meo 3 Martii ad grammaticam in seminarium receptus 25 Martii 1644: hactenus P. Robæus. Hinc logicus Romam missus est 27 Apr. 1649 ad physicam et societatem ibidem ingressus est 7 Oct. ejusdem anni 1649: ita P. Gallæus. Factus est missionis superior anno 1673, ait P. Robæus. [Rector Duaci et Romæ.]

286. 15 Maii. **Alexander Collinsonus,** Aberdonensis, 16 annorum, ad syntaxim, parentibus nobilibus Thomâ Collinsono et Joanna Menesiâ, plurimumque commendatus a P. Joanne Smithæo. Eodem die Pentecostes fidei professionem coram aliis edidit in sacro meo facta prius confessione generali P. Joanni Setono: ita P. Robæus. Hinc dimissus Parisiis militiæ nomen dedit, occisusque fuit in conflictu prope Ostendam anno 1648: hactenus P. Gallæus.

1645.

287. 17 Jan. **Alexander Sinclerus,** Aberdonensis, 18 annorum, parentibus Waltero et Mariora Douglas; ejurata prius hæresi receptus est ad poesim; anno 1647 missus est ad seminarium Madritense.

1646.

P. Thomæ Robæo, regimine defuncto, mense Julii 1646, successit 20 Sept. P. ROBERTUS GALLÆUS [a quo sequentes admissi sunt:—]

1647.

288. 17 Jan. **Joannes Ogilbæus,** 16 annorum, ex parentibus Joanne de Craigie equite aurato in arce Edimburgensi ob fidem Catholicam incarcerato et Browne de Fordel, ad grammaticam. Societatem ingressus Tornaci 27 Sept. 1650, obiit theologiæ studens Duaci.

289. 17 Jan. **Jacobus Irvinus,** 17 annorum, ad figuras, ex parentibus Alexandro de Drum equite aurato et Magdalena Scrymsour de Deedip. 22 Junii 1650 abiit in Scotiam.

290. 17 Jan. **Robertus Irvinus,** 16 annorum, ad figuras, filius natu major Roberti de Beltye et Isabellæ Irvinæ. 28 Apr. 1649 abiit volens et ineptus ad studia.

291. 7° Junii. **Gulielmus Joppe,** hic Roberti dictus, 10 annorum, ex parentibus Petro Jopp et Isabella Robe Patris Thomæ sorore. 22 Junii 1650 abiit annuente matre Gandavum ad artem discendam, sed patris sui mores non ferens, clam se subduxit; putatur mutato nomine factus alicubi religiosus: ita P. Robæus 1671.

292. 20 Junii. **Gulielmus Menesius,** 17 annorum, ad figuras, ex parentibus Gilberto de Pitfodels equite aurato et Gordona de Sutherland. 30 Sept. 1649 factus recolecta inter Anglos [Duaci et dictus frater Hieronymus]. Exiit ob infirmitatem 22 Januarii 1650.

293. 20 Junii. **Paulus Menesius,** frater Gulielmi, 10 annorum, ad figuras. Uterque a P. Joanne Smithæo commendatus.

Eodem anno 1647, 12 Sept. abiere Duaco alumni quinque ad seminarium Madritense, viz. Joannes Forbesius, Gilbertus Menesius qui jussu parentum Parisiis substitit, Robertus Irvinus, Alexander Sinclarus et Arthurus Forbes, qui e seminario Madritensi brevi in Scotiam abiit cum Joanne fratre suo: hactenus P. Gallæus.

1648.

294. 20 Jan. **Joannes Inglesius,** Perthensis, 15 annorum, ex parentibus Joanne Inglesio et Margareta Macbreck sorore Patris Jacobi, a quo hic commendatus ad figuras, sed 6 Julii 1650 ob capitis dolorem studia deserens abiit in Scotiam. Unde rediit ad tyrocinium Tornacense pro coadjutore, sed inde ob capitis dolorem rediens ad sæculum, Parisiis, sui non satis compos, e fenestra se projecit, et ex casu omnibus sacramentis munitus, obiit 1671: ita P. Robæus.

295. 15 Mar. **Claudius Magius,** 14 annorum, ad figuras, frater Georgii, de quo anno 1638 [? 1637] Sept. 22. Studiorum pertæsus militiæ nomen dedit, Aug. 1649.

296. 15 Mar. **Andreas Magius,** frater Georgii et Claudii, 12 annorum, ad figuras. Dimissus 31 Sept. 1652, ingressus est tamen societatem Romæ, ubi hoc anno 1686 est rector Collegii Scotorum.

297. 12 Junii. **Archibaldus Alexander,** 22 annorum, ex parentibus nobilibus Alexandro de Menstrie et Elizabetha Cunningham, hic ejurata prius hæresi admissus est ad syntaxim. Pius valde adolescens sed tardioris ingenii. Abiit 14 Aprilis 1649 ut monachus Herbipoli fieret: hactenus P. Gallæus.

1649.

298. 7° Jan. **Henricus Forsyth,** seu Forcæus, Edinburgensis, 19 annorum, ex Mathæo Forsyth de Lahill caussidico et Helenâ Chambers, commendatus a R. P. Gul. Christio, ad poesim; Sept. 9° abiit ad tyrocinium societatis Mechlinense anno 1650. In Scotia, ait P. Robæus, missionarii partes feliciter agit hoc anno 1671 apud Montanos.

299. 20 Mar. **Alexander Leith,** conversus, 21 annorum, ex parentibus Patricio Leith de Herthill et Anna Abercromby de Birkenbog, commendatus a R. P. Gulielmo Christio, ad rhetoricam; ob negotia sua abiit 26 Aug. 1651 Parisios et inde Romam factus societatis; e Gallia venit Duacum Maio 1667. Est operarius in Scotia 1668 cum studuisset rhetoricæ anno uno, duobus philosophiæ et totidem theologiæ, sacerdos, ætatis 39, ingressus est societatem Burdigalæ.

300. 20 Mar. **Jacobus Cunningham,** 15 annorum, ex parentibus Joanne Cunningham de Coldoch in Menteith et Margaretâ Stuartâ, commendatus a P. Spreul ad figuras. Modestus et pius adolescens abiit hinc 26 Aug. 1651 cum intentione ingrediendi religionem; erat parum aptus ad studia.

301. 28 Apr. **Joannes Setonus,** 18 annorum, ex parentibus Roberto Setono et Irvinâ sorore Dñi de Beltie adductus a patruo suo P. Joanne Setono ad syntaxim. Abiit 20 Septembris 1651 ad tyrocinium societatis Tolosanum: hactenus P. Gallæus, qui post hunc Joannem Setonum neminem sua manu in Albo Alumnorum scribit, nequidem Archibaldum Sempilium qui eodem die venisse scribitur.

302. 28 Apr. **Archibaldus Sempilius,** filius et frater Baronis de Sempil ex matre Elisabetha Hay filia Erroliæ comitis, 14 annorum, ad figuras.

303. 28 Apr. **Jacobus Sempilius,** frater Archibaldi, 12 annorum, ad figuras; ivit ad tirocinium societatis Madritense.

304. 28 Apr. **Jacobus Douglas,** 11 annorum, ex parentibus Dno Barone de Mordinton et Anna Oliphant filia Baronis ab Oliphant; abiit in Scotiam ad parentes ineptus ad studia.

305. 23 Junii. **Jacobus Gordon** de Ouerkirkes, Diœcesis Banffiensis, 17 annorum, ex parentibus Adamo Gordono ab Artloch et Ægidia Andersona sorore Patris Jacobi, ad grammaticam. Missus est 4 April 1651 ad Coll. Scotorum Romanum. Ingressus est societatem Parisiis.

1650.

306. 15 Feb. **Robertus Barclalus,** filius natu major Hugonis Barclaii et Elisabethæ Maxwell, P. Hugonis Sempilii nepos, ad syntaxim; abiit 26 Aug. 1651 ad Coll. Scotorum Romanum unde anno sequente societatem ingressus est.

R. P. Roberto Gallæo munere defuncto 23 Feb. 1650 successor venit 20 Martii et installatus 8ª Maii R. P. GULIELMUS CHRISTIUS qui sequentes admisit:—

307. 15 Feb. **Jacobus ab Alexandro,** alias Sanderson, 17 annorum, ad grammaticam, ex parentibus Georgio Sanderson et Brigittâ Barclay, ad quos discessit Parisios, 26 Augusti. Hic 2º admissus 10 Martii 1652, rediit eodem anno 14 Dec. ad parentes Parisios ea intentione ut religionem ingrederetur vel iret ad Coll. Scotorum Romanum.

308. 20 Junii. **Gilbertus Inglesius,** 16 annorum, Neabredonensis, ex parentibus Paulo Inglesio et Isabella Cutbert, ad figuras. Ingressus est societatem Tornaci 1657.

309. 20 Junii. **Robertus Gordonus,** 15 annorum, ex parentibus Dno. Jacobo Gordono de Aradoul et Joannâ Bisset, sorore P. Georgii Bisseti, ad figuras. Abiit 6 Jan. 1653 in Scotiam ad hæreditatem cum non esset pro fine seminarii.

1651.

310. 28 Oct. **Robertus Pope,** alias Brusius, Edinburgensis, 15 annorum, ad grammaticam, ex parentibus Mgro Joanne Pope et Aegidia Haliburton. Post biennium abiit in Scotiam libertati deditus.

1653.

311. 16 Feb. **Gulielmus Laumur,** alias Balzie, convictor, 20 annorum, missus a R. P. Jacobo Macbreco superiore missionis et P. Thoma Robæo. Abiit minus habens, ait P. Andersonus.

R. P. Gulielmo Christio munere defuncto successit 8 Maii 1653, P. JACOBUS ANDERSON.

312. 15 Sept. **Georgius Ballzie,** Invernessensis, P. Gulielmi Leslæi nepos, 20 annorum, ob valetudinem remissus 20 Martii 1654.

313. 30 Sept. D.D. **Benedictus Vandermerche,**
314. **Petrus Vandenbel,**
315. **Maurus Verchuere,**
316. **Bertulphus Vandueren,**

Monachi Benedictini Sti Petri Gandavi admissi hic commensales rogatu R. D. Abbatis et PP. nostrorum Flandriæ: post annum revocati ob mortem abbatis.

1654.

317. 10 Junii. **Samuel Gordonus,** filius Georgii Gordoni commendatus ad syntaxim a Dño Capitaneo Gordono de Abergeldy. Dimissus quia illegitimus compertus.

318. 22 Julii. **Richardus Innes,** 13 annorum, ad figuras, ex parentibus Dno. Colonello Roberto Innes de Leuchars et Dna. Elisabetha Pit. Bonus puer dimissus ob periculum febris hecticæ.

319. 30 Nov. **Thomas Campianus,** hic Car, 14 annorum, ad figuras, ex parentibus Dño Doctore Campione et Elisabetha Patersona, commendatus a tribus avunculis patribus societatis. Maximam partem pensionis solvit; discessit Parisios et inde fugit.

1655.

320. 25 Apr. **Joannes Gordonus,** 15 annorum, ex parentibus Adamo ab Artloch et Isabella Leslæo, sorore P. Georgii Leslæi, a quo Joannes missus est ad grammaticam; ingressus societatem Tornaci 1662. Hic docet philosophiam anno 1672, ait P. Robæus. [Diu missionarius in Scotia.]

321. 27 Maii. **Henricus Chatlain,** privignus Dñi Colonelli Cathcart ex matre Dña Maria Coftie, admissus commensalis. Abiit cum Colonello in Portugalliam.

322. 13 Junii. **Michael Menez,** aet. anno 14°, ad figuras, ex parentibus Dño Thomâ de Balgony et Margaretâ Gordona de Abergeldy. Rediit Parisios et factus est religiosus ordinis S. Augustini.

323. 17 Julii. **Carolus Moubray,** hic Curlæus, quia consanguineus Patris Curlæi, 13 annorum, ad figuras, ex parentibus Dño Jacobo Moubray et Sarâ Prat de Bernbougal. Rediit Parisios.

324. 24 Oct. **Thomas Hamiltonus,** hic Haïus, ad logicam, 24 annorum, ex parentibus Andrea Hamiltono et Elizabethâ Boid. Abiit in Scotiam suspectus.

325. 22 Dec. **Amador Robertsonus,** Diœcesis Rupellensis, ad syntaxim, 13 annorum, ex parentibus Gulielmo Robertsono Aberdonensi et Catharina Leslæa. Ingressus est 16 Januarii 1659 Burdigalæ societatem ex quâ postea dimissus post vota emissa. Quinquennio cum dimidio humanioribus studuerat apud Scotos Duaci.

1656.

326. 15 Apr. **Alexander Yong,** hic Fraser, 23 annos natus prope Firzelsburgh in Buchaniâ, ex parentibus Alexandro Yong et Mariora Fraser. Missus Parisiis ad logicam, absolutis studiis rediit in Scotiam ubi factus apostata.

R^do^ P. Jacobo Andersono successit 8 Maii 1656 P. GULIELMUS CHRISTIUS 2°.

327. 7 Oct. **Jacobus Menez,** 11 annorum, ad figuras, ex parentibus Dño Thomâ de Balgony et Margareta Gordona de Abergeldy. Factus societatis Parisiis 1661.

328. 18 Oct. **Alexander Irvinus,** 16 annorum, ad grammaticam, ex parentibus Dño Alexandro Irvino a Belty et Isabella Irvinâ. Ivit Parisios ad Coll. Scotorum.

1657.

329. 6 Jan. **Gulielmus Leslæus,** æt. 15, ad grammaticam, ex parentibus Alexandro Leslæo a Tullous et Joanna Elphinston a Glak;

comes et Canonicus Wratislaviensis ingressus est Romæ societatem sacerdos et S^e^ theologiæ doctor 1666.

330. 23 Jan. **Gulielmus Ballvus,** hic Meldrum, æt. 24, ad philosophiam, ex parentibus Dño Gulielmo a Carphin et Dña Margaretâ Jackson, Clydisdaliensis. Ivit ad Coll. Scotorum Romanum, inde factus monachus Benedictinus.

331. 23 Jan. **Joannes Benedictus,** æt. 23^a^, ad physicam, natus in Tividalia, ex parentibus Dño Ragoele Benedicto de Castris et Dña Maria Humiâ. Ivit Romam ad Coll. Scotorum ubi paulo post obiit.

332. 7 Mar. **Henricus Lindsaius,** hic Andreas Graius, æt. 12^a^, ad figuras, filius unicus comitis Crawfordiæ et Margaretæ Græmiæ comitis Montethii filiæ. Dimissus quia illegitimus.

333. 31 Aug. **Franciscus Crichtonus,** hic Burnetus, æt. 17°, ad figuras, ex parentibus Dño Barone de Frendraught et Elizabetha Gordona comitis Sutherlandii filiâ. Abiit sponte et factus est miles.

334. 20 Oct. **Eduardus Fontanus,** hic Brunus, ex matre Joanne Brunâ æt. 15 ad grammaticam.

1658.

335. 11 Aug. **Augustinus Whytfordus,** ad figuras, æt. 11°, ex parentibus Dño Gualtero Whytfordo Colonello et Margareta Maxwell. Ductus a patre in Muscoviam.

336. 15 Dec. **Robertus Setonus,** æt. 16, ad grammaticam, filius natu minimus Wentonii comitis et Elizabethæ Maxwell vice-comitis de Herresii filiæ; bonus juvenis post 4 annos ivit Parisios ob adversam valetudinem. Moriens 1673, 24 Nov. stylo veteri, reliquit Collegio Scotorum Duaceno triginta millia marcarum Scoticarum: hæc P. Robæus.

337. 15 Dec. **Robertus Davidsonus,** æt. 16, ad figuras, ex parentibus Andrea Davidsone et Margaretâ Dennem prope Hadintoniam natus; abiit in Scotiam.

338. 15 Dec. **David Abircrombeus,** æt. 15°, ad figuras, ex parentibus Dño Thoma Abircromby et Helena Brunâ. Sept. 1663 abiit ad noviciatum Nanceianum videtur societatem deseruisse pro opere suo De morbo Gallico non approbato.

1659.

339. 19 Mart. **Alexander Fraser,** hic Preston, æt. 18, ad poesim, ex parentibus Alexandro Fraser de Dumbreck et Elisabethâ Haldan.

340. 25 Nov. **Hugo Fraser,** hic Dumbar, æt. 16, ad syntaxim, ex parentibus Hugone Fraser de Kinaris et Christina Balivâ.

341. 9 Maii. **Joannes Mowet,** filius Jacobi Mowet ad figuras. Fugit Parisios et postea a parentibus, nec constat quid de eo factum sit.

342. 27 Junii. **Georgius Inneslus,** ad grammaticam, ex parentibus Colonello Innesio et Maxwell. Missus 1664, se petente, ad seminarium Madritense.

343. 27 Junii. **Joannes Ballvius.** Rediit in Scotiam cum P. Thomâ Patersono.

1661.

344. 13 Feb. **Thomas Forbesius,** abiit 1 Julii, eodem anno.

345. 2 Oct. **Alexander Leslæus,** frater ex utroque parente Gulielmi, de quo Jan. 1657, 11 annorum, ad figuras.

346. **Joannes Letus,** filius Joannis Leti, vulgo le Page. Abiit post octiduum, ut ineptus ad studia.

1662.

347. 8 Julii. **Jacobus Maxwellus.**

348. 8 Julii. **Thomas Maxwellus,** ipso petente, missus initio Sept. 1664 ad seminarium Madritense. Est miles 1671, ait P. Robæus.

349. 20 Oct. **Jacobus Setonus,** ex parentibus Georgio Setonis et Ogilbæa nepte comitis ab Airly, ad grammaticam.

350. 20 Oct. **Joannes Strachanus,** ex matre Haya de Delgaty ad grammaticam; missus initio Sept. 1664 ad seminarium Madritense, se petente.

351. 22 Oct. **Carolus Hayus,** secundo genitus D^ni^ Petri Hayii de Naughton in Fifâ et Margaretæ Murray de Blebo. Abiit volens 16 Maii 1664 ob infirmitatem.

352. 29 Nov. **Robertus Fordesius,** ad grammaticam, ex parentibus Joanne Fordesio et Joanna Gordonâ. Ingressus societatem Tornaci jam peracto tirocinio. Hic studiorum præfectum agit 1671. Quatuor minores habuit Atrebati ab Archiepiscopo Ladislao Jouart 1673. Leodii subdiaconatum 1675 17 Martii, 18ª diaconatum, et 25ª sacerdotium. Fuit bis missionis superior, bis rector Duaci et missionis procurator, Parisiis.

1663.

353. 28 Jan. **Alexander Irvinus,** filius Alexandri Baronis de Drum et ill^mæ Mariæ Gordonæ, Huntleii marchionis filiæ. Venit ad grammaticam cum P. Adamo Gordono.

354. 5 Maii. **Thomas Menesius,** ad figuras, ex parentibus Gilberto de Pitfodels et Mariora Forbes de Bruchs.

355. 17 Maii. **Alexander Fraser,** frater ex utroque parente supradicti Hugonis Fraserii.

356. 17 Maii. **Robertus Munroy,** 18 annorum.

357. 12 Sept. **Jacobus Foncanet,** ex [parentibus N. Foncanet et] Joanna Broun de Lochhill, ad figuras; abiit volens 16 Maii 1664 ob infirmitatem.

358. 9 Nov. **Georgius Gordonus,** 12 annorum, filius Baronis de Gight, ad figuras.

359. 22 Dec. **Ludovicus Metellanus,** æt. 14°, ad grammaticam, filius Dñi Jacobi Maitland.

1664.

360. 6 Maii. **Odoardus Maxwell,** æt. 14°, ad figuras, ex parentibus Roberto Maxwell [de Breach in Gallovidia] et N. Broune de Landes; pie obiit hic Nov. 1668 [sepultus in templo majore collegii inter sacellum Angeli custodis et vas magnum aquæ lustralis].

361. 28 Aug. **Christopherus Abercrombeus,** æt. 16°, ad figuras, filius Dñi Thomæ Abercrombii; ingressus societatem Parisiis 1669.

362. 7 Oct. **Joannes Gordonus,** primogenitus D. Jacobi Baronis de Rothemay, ad figuras.

1665.

363. 29 Apr. **Jacobus Sempilius,** 10 annorum, filius Baronis de Sempil, venit ad figuras ex Scotia cum P. Jacobo Andersono. Rogante Dño parente missus 3 Sept. 1669 Madritum cum fratre Jõe Falconier P. Gul^{i} Grant nepote novitio, et Georgio Gordon P. Leslæi nepote. Sempilius, addit P. Lebrun, puer est bonus, nec rebus civilibus quæ nobiles decent ineptus, sed studiis omnino; nam hoc quinto anno inchoato erat adhuc in secundo ordine figuraram. Obiit Madriti, ait P. Robæus.

R. P. Gulielmo Christio hic centenario, ut creditur, majori mortuo 12 Oct. 1665, Martii 1666 successit P. ADAMUS LAURENTIUS GORDONUS: ita P. Lebrun.

1666.

364. 1 Jan. **Christopherus Irvin,** æt. 19, ad grammaticam. Abiit 1668 capite æger. Romam postea missus a patre suo Dño Christophoro Irvine: ita P. Lebrun.

365. 12 Aug. **Joannes Gordonus,** æt. 14°, ad figuras, ex parentibus D. Thoma Gordono et Anna Gordona de Parke. Puer bonæ indolis sed dimissus ob morbum caducum: ita P. Lebrun.

1667.

366. 4 Dec. **Jacobus Douglas,** 16 annorum, filius Comitis Mordingtoni, ad figuras, convictor optimæ indolis abiit Aug. 1671.

367. 4 Dec. **Gulielmus Douglas,** frater Jacobi, æt. 14°, etiam convictor optimæ indolis, ad figuras, 11 Sept. 1673. Clam discessit Valencenas ad noviciatum Carmelitarum, unde postea dimissus rediit huc 7 Junii 1674 et hinc in Scotiam unde Romam profectus est ibidem in Coll. Scotorum 1675.

368. 4 Dec. **Franciscus Douglas,** frater Jacobi et Gulielmi, æt. 12, etiam convictor optimæ indolis, ad figuras. Admissus in societatem abiit hinc 3 Sept. 1674 ad tyrocinium Romanum, quod ingressus est 2 Dec.

369. 4 Dec. **Gulielmus Durham,** æt. 15°, etiam convictor, ex parentibus Dño Alexandro Durhamo Bervicæo et Dna Margaretâ Abercromby, nobilibus, venit ad figuras. Sed postea in omnibus excellens scholis quadriennii spatio quinque classes absolvit. Egregius actor, spem magnam præbet viri in futurum egregii. Propugnatâ philosophiâ admissus est in societatem a Provinciali Franciæ, sed mortuo interim patre suo 11ª Augusti in Scotiam evocatus inde rediit 27 Nov. et 9° Dec. profectus est Parisios ad tyrocinium: ita P. Robæus.

R. P. Adamo Gordono mortuo 8 Apr. 1668, successit 29 Junii 1668 R. P. JACOBUS BRUNUS.

1668.

370, 371. 16 Nov. **Thomas** et **Joannes Browne,** hic 13 ille 16 annorum, ad figuras, optimæ spei juvenes, ex parentibus Gulielmo Browne de Nounton ex Baronibus de Carstuth et Dña Agnete Herris filia Baronis de Mayby in Gallovidia. Uterque dimissus 23 Sept. 1672, Thomas quia aversus a fine Collegii, Joannes quia discolus et ineptus ad studia. Uterque tandem factus miles. Joannes post militiam 20 Jan. 1674 huc rediit ivit Herbipolim et factus Monachus 1674. Dñus de Nunton inter omnes regni tempestates constantissime fidem tenuit, sicut Dñus de Backly, pater ejus, carcere, exilio, bonorum jactura frustra tentatus: ita P. Brunus.

372. 16 Nov. **Harbertus Maxwell,** 15 annorum, optimæ indolis adolescens ex parentibus Barone de Kirkonnell et Agnete Laury. Egregius filius societatis, ultra 34 annos in aula Jacobi Regis missionarius, etc.

373. 16 Nov. **Petrus Gordonus,** 15 annorum, ad figuras, Jacobi (de quo anno 1649 Junii 23) frater ex patre, Joannis vero (de quo anno 1655 Apr. 25) frater ex utroque parente. Factus societatis Tornaci.

374. 16 Nov. **Jacobus Fife,** Edimburgensis, 15 annorum, ex parentibus Jacobo Fyfe viro optimo et Anna Honlay Angla, ad figuras. Bonæ indolis sed mediocris ingenii: finitis humanioribus factus est societatis Nancæi 1673.

Hi quinque præcedentes adducti sunt 16 Nov. 1668 a famulo P. Leith qui tres alios in Scotiam reduxerat.

1669.

375. 20 Julii. **Ludovicus de Meziere,** nobilis Gallus convictor 11 annorum, reductus Parisiis ab ipso R. P. Jacobo Brown Bruno sive le Brun Rectore ex aula Reginæ matris Magnæ Britanniæ ubi linguam Anglicanam didicit; rediit ad parentes in aulam Reginæ. Turbulentus, ait P. Robæus. [Filius Domini de l'Epervenche nobilis Normanni et Dominæ de Ventelet.]

Venerunt ex Scotia Duce fratre nostro Johanne Patisson [tres juvenes]:—

376. 27 Julii. **Gilbertus Menzies,** 11 annorum, primogenitus Baronis de Pitfodels convictor; 7 Oct. 1673, patre mortuo, rediit in Scotiam cum fratre Joan. Pattison. [Attulit secum pro viatico 100 lib. Scoticas, pro vestibus 200 lib. Scot., et pro pensione huius anni 1669 200 marchas. Aes alienum tamen reliquit £20 Anglicanarum.]

377. 27 Julii. **Alexander Forbes,** P^is^ Jacobi hoc anno 1669 in Missione Scotica, nepos, modo stupendo conversus ad fidem dum apud hæreticos concionaretur, juvenis magnæ spei professionem fidei edidit, in nostro sacello 8 Aug. confessus 2^a^ Sept. 3^a^ accessit ad sacram synaxim, eodemque diè abiit pro negotio conficiendo Londinum, unde non rediit: ita P. Lebrun.

378. 27 Julii. **Georgius Gordon,** 15 annorum, ad figuras frater Petri (de quo anno 1668 Nov. 16); hic post mensem abiit Madritum 3 Sep^bris^ cum fratre nostro Joanne Falconier et Jacobo Sempilio. Dec. 1673 huc rediit ex Hispania et hinc in Scotiam.

379. 5 Oct. **Gulielmus Johnston,** diœcesis Aberdonensis, 20 annorum, ad syntaxim, filius D. Gulielmi Johnstoni ex baronibus de Caskeben et D^æ^ Elizabethæ Irvin a baronibus de Drum, convictor. 1 Jan. 1670 revocatus a patre hæretico, specie mortis vicinæ. [Solvit 20 libras Anglicanas in pensionem annuam; juvenis bonæ indolis, speique non mediocris.]

380. 16 Nov. **Jacobus Innes,** 14 annorum, ex parentibus nobilibus, piis, caussidicis et de societate bene meritis viz.: Jacobo Innes et Joanna Roberson; puer ab Ill^mo^ Marchione Huntlæo et R. P. Alexandro Conæo Missionis Superiore commendatus ad figuras. Spem præbet egregii viri sed surdaster est aptiorque qui agat quam qui studeat: hactenus P. Lebrun. Factus societatis Tornaci.

1670.

381. 24 Mar. **D. Robertus Newflead** [Newstead], dux Anglus convictor, 52 annorum, ad clericatum aspirans. Ideo studuit privatim et Audomari vi nostrorum privilegiorum ordinatus sacerdos anno 1671 in quadragesima; discessit in Angliam mense Junio ejusdem anni 1671. [Solvit in pensionem 30 lib. Anglicanas.]

382. 24 Junii. **Martinus Ludovicus Rhemy,** Duacenus, convictor syntaxista, 15 annorum, filius unicus evocatus anno sequente mortuo patre in matris viduæ solatium. [Solvit in pensionem 100 et a patre vestes linteamina et .]

383. 7 Aug. **Robertus Sempill,** primogenitus Baronis de Sempil, 15 annorum, convictor. Remissus medicorum consilio ob infirmitatem.

384. 7 Aug. **Antonius Browne,** convictor Anglus ex vice comitatibus de Montagu; bonæ indolis, ait P. Le Brun. Ut discolus tamen dimissus 1672, Apr. 22, addit P. Robæus. [Venit Audomaro in syntaxim.]

385. 22 Sept. **Philemon Gibson,** convictor Anglus commendatus a R. P. Georgio le Fevre nostro Londini procuratore, 20 annorum ad logicam. Multum debet, inquit P. Robæus, fuit hypocrita et patri non gratus.

386. 22 Sept. **Joannes Adamson,** ut hospes ex charitate admissus, missus Romam 24 Aug. 1671 ad noviciatum quem absolvit 13 Feb. 1674; [studet philosophiæ, optimæ expectationis est].

387. 29 Sept. **Franciscus Evans,** nobilis Anglus convictor, 23 annorum, ad physicam. Factus sacerdos hinc in patriam rediit 22 Apr. 1672 [solvit in annum 25 lib. Anglicanas].

388. 25 Oct. **Gerardus Thomas Langhorne,** nobilis Londinensis ex parente P. Georgio Patersono amicissimo convictor, 15 annorum, ad syntaxim.

389. 28 Oct. **Thomas Preston,** vicecomes de Taragh in Hibernia, baro de St. George in Flandria ubi natus ipse, paterque Scotus, origine avo generali Prestono Hybernus, avia ex comitibus de Namur; convictor commendatus ad syntaxim a R. P. Rectore collegii Anglorum Audomari; egregius juvenis sed delicatioris indolis. Abiit Martio 1671 me absente, inquit P. Lebrun. Multum debet collegio nec spes est solutionis, addit P. Robæus.

390. 19 Nov. **Eduardus Widringtonus,** eques baronettus, ex parentibus Eduardo baronetto et Christina Stuart, filia Comitis Coldinghamii, in Scotia natus, convictor, 15 annorum, ad syntaxim. Lambræ submersus Apr. 7, 1672.

391. 17 Jan. **Ignatius Corduan,** nobilis Duacenus convictor; pater est nobis consiliarius, frater 1^{s} juris doctor, levir etiam urbis consiliarius. Dimissus postea ut discolus, ait P. Robæus, 20 Oct. 1671 [solvit 100 patacones in annum vestesque omnes a parente suppeditabuntur; bene se hucusque gerit].

392. 12 Aug. **Petrus de Lompius,** nobilis Vasco convictor ad figuras; [admissus rogante avunculo duce in legione navium dicta; 100 nummos solvit in annum quorum quartam partem cum ipso accepi]. Evocatus a parentibus Parisios 5 Apr. 1672.

393. 3 Sept. **Joannes Robinson,** hic Browne [ex patre Dno. Roberto Robinson et Dna Elisabetha Browne] Lincolniensis convictor, ad philosophiam commendatus a R. P. Rectore Anglorum Audomari. Absoluta philosophia abiit Parisios pius juvenis 30 Junii 1673.

1671.

R. P. Jacobo Bruno successit 15 Sep. 1671 R. P. THOMAS ROBÆUS 2°.

[R^{DUS} Pater Jacobus Brunus perfunctus officio Rectoris die 15 Septembris patri Thomæ Robæo ex commissione Ad^{m} R^{di} patris nostri generalis, traditis patentibus literis munus sed potius onus rectoris hujus collegii imposuit 1672.

Sub adventum in collegio hoc alebantur numero octodeni partim convictores partim alumni, quorum numerus paulo post diminutus est ut infra.

Dns. Franciscus Evans, Anglus [387] creatus sacerdos a parente evocatus sponte hinc discessit versus Angliam 22 Aprilis 1672.

Ignatius Corduan, Duacenus [391] a matre evocatus libenter hinc dimissus justis de causis 20 Octob. 1671.

Petrus Lampus [392] evocatus Parisios a parentibus 5 Aprilis 1672.

Dns. Edwardus Widrinton, Anglus, [390] ut nataret ingressus Lambræ flumen 7 Aprilis submersus occubuit magno omnium mœrore 1672.

Thomas Broun, [370] licet ad studia aptus et probis moribus esset, ad militiam propensus dimitti petiit et cum illo

Johannes [371] ejus frater nec moribus nec ad studia probatus dimissus est 23 Aprilis. Anno 1674 20 Januarii huc rediit iturus Herbipolim ut decet monachus.

Antonius Brun, Anglus, [384] ad studia nec aptus nec moribus ita probatis erat ut retineretur cum R. Patre Bruno, qui ejus curam suscepit, Insulas profectus est 21 Aprilis 1672.

Adeo vero minuti sunt Collegii hujus reditus ut verear ne cogar plures dimittere.]

1672.

394. 10 Sept. **Richardus Langhorne,** hic Legat, Gerardi frater, 17 annorum, ex poesi Audomarensi ad logicam, evasit discolus et seditiosus.

395. 10 Sept. **Gulielmus Skeen,** filius baronis de Skeen, hic admissus ad societatem. Abiit 2 Sept. 1674 Romam ad tirocinium sed est 1675 in Collegio Scotorum, ibidem vacillans.

396. 19 Nov. **Thomas Riddel,** Northumber convictor, 16 annorum, ex poesi Audomarensi ad logicam; seductus a Richardo Legat submersus est 1673 nudo mari natans [filius primogenitus Dni Thomæ Riddell de Fernam prope Novumcastrum et Dnæ Mariæ Gray filiæ Domini Graii prope Morpit].

397. [Aug. 24. **Louis Mezier,** Normannus, a parentibus evocatus discessit, turbulentus.]

1673.

[April 5. Dimissi ut turbulenti Thomas et Richardus Langhorne fratres et Thomas Riddell, Angli. Duo fratres profecti sunt Londinum, alter manet Audomari, sed ad seminarium non admissus, sed postea ibidem dum piscatui iret submersus obiit.]

398. 27 Maii. **Stephanus Maxwell,** frater Hereberti dequo 16 Nov. 1668 factus societatis. [Huc e Scotia venit . . . insignis puer.]

[Junii 30. Hinc, absoluto cursu philosophico, abiit Parisios jussu parentum Johannes Robertsonus, Anglus, hic Brunus, [393] juvenis modestus et pius.

Aug. 9. Gulielmus Duram [369] propugnavit philosophiam; discessit in Scotiam mortuo parente 27 Nov. huc rediit et 9 Dec. inde discessit Parisios ad novitiatum quo pervenit die 14.

Oct. 7. Huc in Scotiam discessit Gilbertus Menesius de Petfodels [376] mortuo parente vocatus comitante fratre nostro Johanne Patisson.

Dec. 23. Huc rediit ex Hispania Georgius Gordonus [378], frater Patrum Johannis, Jacobi et Petri.

Junii 7. Gulielmus Douglas [367] dimissus a Carmelitis post aliquot dierum hic contubernium hinc in patriam missus inde Romam profectus est in Collegio Scotorum 1675.

Junii 20. Predictus Georgius Gordonus ipso volente et a parentibus evocatus in patriam dimissus.]

399. Sept. 4. **Joannes Matthew,** Londinensis, 15 annorum, ex parentibus Thoma Matthew et Maria Robinson ad syntaxim commendatus a P. Le Fevre; abiit ad noviciatum Wattenentem 1677. [Dictus Pater Le Fevre spondet pro annua pensione 20 lib. Anglic.]

400. Sept. 20. **Antonius Fitzharbert,** R^di^ P. Fitzharberti societatis Jesu pronepos convictor, 25 annorum, studet privatim theologiæ morali et casibus conscientiæ; abiit Parisios 26 Martii 1675 [illo comitante alio juveni Anglo Nicolao Trinton. Filius Dni Gulielmi Fitzharbert matre Anna; parentes degunt Worcestriæ. . . . Solvit annue 25 libras Anglicanas anticipate. Minores ordines accepit Romæ.]

1675.

401. 25 Maii. **Georgius Setonus,** primogenitus Joannis Baronis de Garleton, equitis aurati et Christinæ Hume filiæ Baronis de Renton; 10 annorum, Parisiis adductus a P. Alex° Conæo. [Nulla literatura instructus.]

402. 28 Junii. **Valentinus Brown,** remissus Parisiis a P. Conæo, natus 17 annos in villâ Baranaclath, comitatus Typerariensis, ex parentibus Scotis Catholicis, viz. Alex. Bruno de quo 7 Sept. 1627 et Elizabetha Maghie post rhetoricam remissus quia non erat ad fines hujus domûs.

1676.

403. 3 Feb. **David Fairefoul,** 30 annorum, laureâ Glasguæ donatus, ex parentibus Andrea Fairfull pseudo-Archiepiscopo Glasguensi et Joannettâ Speire; privatim relegit philosophiam: ita P. Robæus. Biennio studuit theologiæ et tunc ad noviciatum Parisiensem profectus, jam vota emisit et docet humaniora Duaci, ait P. Inglesius.

404. 12 Mar. **Joannes Fouler,** humanista, 16 annos in Decembri elapso natus Athæ patre Joanne Fouler majore Bethunii et matre Maria de Leince [20 carol. annue una cum 5 carol. pro vestibus primis].

R. P. Thomæ Robæo successit lectis patentibus 5 Nov. 1676
R. P. GILBERTUS INGLESIUS.

1677.

405. 7 Apr. **Rogerius Maxwell,** ad grammaticam, 13 annorum, ex parentibus Eduardo Maxwell ex Logan et Agnete Lindsay ex Mains. Factus societatis in Campania. [Natus in Scotia 18 Aprilis 1664, Societatem ingressus Nancæi 27 Septembris 1680, ubi vota simplicia emisit 28 Septembris 1682, docuit per tres annos litteras humaniores variis in locis, studuit philosophiæ annis duobus Mussiponti. Incepit theologiae operam navare Duaci per aliquot menses; inde Parisios missus in convictu Claremontano studia Theologica prosequutus est, sed superiorum

jussu in Scotiam profectus est ad docendum Edinburgi rhetoricam. Paulo post adventum in patriam captus et incarceratus per aliquot menses, tandem libertate donatus Parisios rediit et theologiae curriculum absolvit. Deinde Duacam missus valetudinis curandae gratia ibidem quatuor vota professus est 2da Februarii 1698. Inde ad missionem Scoticam profectus triennio laboravit donec desperata valetudine Duacum iterum remissus anno 1700 ad recuperandam valetudinem, a quo tempore incola Collegii Scotorum Duaci fuit et etiamnum est, sed infirma semper valetudine. Saepius tamen licet fractis viribus Praefectus fuit convictorum et templi; nunc vero munere Praefecti spiritus fungitur valetudine semper afflicta. *1732.*]

406. 18 Oct. **Joannes Layelle,** alias Lyon, ex patre Petro Gisleno Layelle Scoto et matre Maria Jacobæa Richebé Bethuniensi, 21 annorum, ad logicam.

407. 18 Oct. **Jacobus Gordonus,** natus 15 Nov. 1659 ex patre D. Patricio de Cults et matre Joanetta Gordona ex Neathermure; pius adolescens, ad grammaticam.

408. 20 Nov. **Alexander Abercrombius,** pius et ingeniosus adolescens ad syntaxim, 15 annorum, ex patre D. Thoma ex Fetterneir et matre Isabella Bisset ex Lessendrum, sorore P. Georgii Bisset.

1678.

409. 27 Maii. **Jacobus Canaries,** minister hæreticus egregii ingenii juvenis, 24 annorum, ex patre Thomâ Canaries ministello hæretico et matre Margareta Lighton ex Ouson. Theologiam frequentavit; hinc abiit in Scotiam sacerdos, 20 Martii 1681; brevi ibidem a fide apostata factus.

410. 13 Oct. **Jacobus Douglas,** ad figuras, 14 annorum, ex Dño Roberto de Brigfoord et Margaretâ Gray de Breche.

411. 6 Nov. **Jacobus Franeau,** Duacensis convictor ex patre Dno Franeau de Lestoquoy e magistratibus primario. Venit 1682 Antonius Franeau.

1679.

412. 29 Junii. **Robertus Strachanus,** 19 annorum, Aberdonensis; parentes religionis caussâ deseruit; hinc postea missus Romam.

413. 29 Junii. **Jacobus Donaldson,** ex eadem urbe et eadem de caussâ profugus: cum Strachano missus Romam.

414. 16 Julii. **Gilbertus Brown,** insignis adolescens Duacum veniens e curru insulensi cadens enecatus fuit. [Rota prior currus transiens super collum et caput in instanti suffocatus ne quidem signum vitæ unquam edidit.]

415. 16 Julii. **Philippus Bruce,** convictor, ad logicam, bonæ indolis sed mediocris ingenii, 25 annos natus Ostendæ, ex patre Petro Bruce Scoto et matre Ludovica Ghens.

416. 21 Julii. **Alexander Scrimger,** persecutionem Anglicanam fugiens, sed 23 Sept. in febrim incidens omnibus Ecclesiæ sacramentis munitus suavissime obiit, sepultusque in templo Collegii.

417. 25 Nov. **Gulielmus Hamilton,** 14 annorum, convictor, magni candoris, ad figuras, ex parentibus Dño Alexandro Hamilton Barone de Hagg et Maria Grant de Balachosten.

1680.

R. P. Inglesio successit 27 Oct. 1680 R. P. THOMAS PATERSON; hic a 22 Sept. 1679 exul post novem mensium incarcerationem.

1681.

418. 10 April. **Carolus Gordonus,** 11 annorum, ad 3 ordinem figurarum ex parentibus Carolo Comite de Aboyne et Elizabetha Lyon filia Comitis Kinghornii et Strathmorensis. Factus societatis Romæ.

419. 10 Apr. **Patricius Gordon,** Caroli frater, 9 annorum, ad 3 ordinem figurarum.

420. 10 Apr. **Carolus Urquhart,** 13 annorum, ad 3 ordinem figurarum ex parentibus Thomæ Urquhart et Anna Adamson; factus societatis. [In Scotia natus 1ª Augusti 1668, ingressus Societatem Parisiis 11 Septembris 1685 expleto tyrocinii biennio, vota simplicia ibidem emisit 12 Septembris 1687 post absolutam philosophiam, docuit humaniores litteras per sexennium variis in locis, dein per quadriennium operam navavit theologiae, qua finita examen juratum pro gradu subivit, ni fallor, Parisiis et quatuor vota professus est, nescit quando vel saltem nobis non

significavit. Fuit per plures (16) annos subminister convictorum Collegii Parisiensis et nonullis annis missionarium egit in Scotia, in Galliam a pluribus annis redux nunc Rothomagi socius est moderatoris seminarii de Joyeuse: sed afflicta semper valetudine. *1732.*]

421. 2 Junii. Dñus **Johannes Wisheart,** alias Williamson, 48 annorum, ad 3^{um} ordinem, ex parentibus Gulielmo Wisheart et Joanna Cunnyngham; factus societatis.

422. 2 Junii. **Joannes Seton,** 13 annorum, ex parentibus D. Joanne de Garleton et Christina Hume de Renton ad 3^{um} ordinem.

423. 2 Junii. **Robertus Seton,** frater Joannis, 12 annorum, etiam ad 3 ordinem, ingressus societatem Lugduni.

424. 8 Dec. **Alexander Irvin,** 15 annorum, ad 3^{m} ordinem ex parentibus D. Richardo Irvino de Carnfield et Margareta Oliphant.

425. 17 Dec. **Franciscus de Mareuil,** 17 annorum, ad poesim ex parentibus Antonio de Mareuil, Parisiensi, et Margareta d'Hervilly ab aliquot annis in Scotia habitante. Factus societatis Tornaci. [32 annos et amplius in missione Scotica egregie laboravit, obiit Aberdoniæ 3 Dec. 1729.]

426. 17 Dec. **Robertus Hamilton,** ad grammaticam, 16 annos natus in Hibernia ex D. Jacobo Hamilton et D. Maria Easton.

1682.

427. 3 Julii. **D. Thomas Nicolson,** 36 annorum, ex D. Thomâ Nicolson, Aberdonensi, barone de Kemny et Elizabethâ Abercromby de Birkenbog, linguam Græcam, mathesim et philosophiam 14 circiter annis in universitate Glascuensi magno cum plausu docuerat et ab aliquot mensibus fidem Catholicam amplexus, pro ea generose omnia reliquit: hactenus P. Patersonus. Primus post hæresim Episcopus in Scotia ubi et Bruce dictus.

428. 26 Julii. **Alexander Baille,** 13 annorum, ad syntaxim ex parentibus Alexandro Baillie de Shirill abiit 1686 post finitam philosophiam.

429. 26 Julii. **Joannes Baille,** frater Alexandri, 12 annorum, ad 3^{um} ordinem abiit 1685.

430. 26 Julii. **Walterus Leslæus**, ex Pitcaple, factus societatis Pragæ, ibidem obiit. Hactenus R. P. Patersonus.

Eodem anno in Octobri redivit huc ex Scotia R. P. THOMAS ROBÆUS. Hinc usque ad Octobrem 1726 omnia in Albo scribuntur a P. Jacobo Innes.

[Eodem anno convictores hic

431, 432. **Antonius** et **Franciscus Franean**, Duacenses.]

1683.

[433, 434. 10 Oct. **Thomas** et **Franciscus Basquerville**, Angli.]

1684.

435. 22 Julii. **Jacobus Forbes.** Abiit in Scotiam 28 Sept. 1687.

436. 15 Dec. **Jacobus Douglas.**

1685.

437. 3 Junii. **Gulielmus Hay**, frater comitis de Kinnoul.

438. 3 Julii. **Alexander Seaton**, alias Ross, post philosophiam factus societatis Tornaci. [Egregius in Scotia missionarius, mortuus est Duaci.]

439. 3 Julii. **Gulielmus Inglish**, aliter Meldrum, etiam post philosophiam Parisiis, ingressus societatem, post aliquot annos deseruit.

440. 5 Julii. **Ludovicus Gage**, 13 annorum, ex parente Henrico Colonello; post philosophiam factus societatis in Flandria.

441. 18 Sept. **Georgius Conne**, 13 annorum, ad grammaticam, ex parentibus Patritio et Agnete Roberson, abiit Parisios 6 Martii 1688.

442. 18 Sept. **Alexander McKenzie**, hic White, 18 Sept., filius et frater Comitis Seaforthii, postea fidem deseruit factusque est Colonellus pro rege Gulielmo III.

443. 18 Sept. **Alexander Mackra**, ex parentibus Alex^ro^ Mackra et 13 annorum. Factus societatis [24 Apr. 1692; missionarius egregius in Scotia inter montanos].

444. 5 Nov. **Georgius Gordon,** frater Caroli, de quo 10 Apr. 1681, 10 annorum; philosophiæ studuit Parisiis ubi societatem ingressus, post tyrocinium exiit 1699 [ad sæculum reversus].

445. 5 Nov. **Joannes Gordon,** frater Caroli et Georgii, annorum 8.

446. 5 Nov. **Alexander Gibb,** Aberdonensis, 14 annorum, ex patre Alexandro post rhetoricam factus Jesuita ad quadriennium, deinde demissus factus sacerdos in Germania: ita P. Jac. Innes.

447. 5 Nov. **Patritius Abercromby,** 14 annorum, ex Alexandro de Fetterneir. Post humaniora societatem ingressus Nancæi et post sex annos exiit.

448. 5 Nov. **Joannes Innes,** ex patre Jacobo Innes de Drumgask frater Jacobi, de quo 16 Nov. 1669, factus societatis. [Natus est in Scotia 31 Julii 1668, Societatem ingressus Watenis in Flandria 31 Octobris anno 1688, vota simplicia emisit Viennæ in Austria 1 Novembris 1690. Absoluta philosophia Græcii in Styria, humaniora repetiit anno uno Lesbii, inferiores scholas docuit anno uno Neostadii et altero Passavii. Theologiæ studuit quadriennio Viennæ in Austria, peracto tertio probationis anno Lesbii, subministrum egit per triennium Viennæ in Austria, atque ibidem inter coadjutores spirituales adscitus anno 1702 postmodum missionarium egit in Muscovia in annum undecimum, ibidem professionem trium votorum emisit 1706. Procuratoris et Præfecti studiorum munere functus est Duaci in Collegio Scotorum in annum tertium; ad missionem Scoticam venit anno 1718 ubi adhuc missionarium agit. *1732.*]

1686.

449. 6 Mar. **Archangelus Douglas,** filius Gulielmi Capitanei. Factus societatis. In albo noviciatus Tornacensis, dicitur: "Virodunensis natus 7° Maii 1675 ex patre Jacobo defuncto duce primario pedestrium et Maria de Heu nobili superstite Athensi vel Montensi avunculi redditibus vivente". [Post rhetoricam novitiatum ingressus est Tornaci, inde in Germaniam ubi absolvit studia; nunc iterum in Belgium venit operarius et viribus morbis, etc.] obiit 22 Aug. 1739.

450. 9 Mar. **Dundass.**

451. 26 Julii. **Joannes Duff**, qui post rhetoricam ivit ad tyrocinium, sed dimissus inde.

1687.

452. 29 Julii. **Gayon Broune**, 15 annorum, ex patre Gayon de Bishipton post biennium factus miles, occisus fuit in Hybernia.

453. 29 Julii. **Jacobus Maxwell**, patre Joanne de Barncleugh, 14 annorum; post triennium rediit in Scotiam.

454. 29 Julii. **Eduardus Maxwell**, ex patre Gulielmo de Blarinnee, regem sequutus in Hiberniam ibi obiit.

455. 29 Julii. **Nigellus Nicolson**, 23 annorum, brevi dimissus.

1688.

456. 26 Maii. **Henricus Gage**, 10 annorum, hinc aufugit ad matrem.

457. 17 Junii. **Gulielmus Fitzwilliams**, Anglus, 17 annorum, ex patre Gulielmo Fitzwilliams, venit Audomaro: abiit 29 Aug. 1688 ad noviciatum Wattenensem.

458. 22 Julii. **Jacobus Hudson**, 23 annorum, ex patre Joanne ex Kelso et matre Elizabetha Palmer venit Londino. Factus societatis. [Natus est in Scotia 17 Junii 1605, ingressus tyrocinium Bononiae in provincia Veneta 27 Septembris 1689, vota simplicia ibidem nuncupavit 28 Septembris 1691. Peracto tyrocinio rhetoricæ studuit anno uno Placentiæ, philosophiæ cursum confecit Bononiæ, humaniores litteras docuit Placentiæ duobus annis. Quadriennio Parmæ operam dedit theologiæ, et ibidem examen juratum pro gradu subiit. Anno postmodum integro cum dimidio humaniores litteras docuit Busseti et Veronæ in patriam missus appulit 4ta Junii 1704. Professionem quatuor votorum emisit anno 1707 . . . die mensis . . . in castello Comitis de Nidsdale Provinciæ Gallovianæ. Defuncto P. Jacobo Levinstonio Superiore Missionis anno 1713 mox Vice-Superior Missionis declaratus est, ac anno insequente nimirum anno 1714 superior factus est quod officium etiamnum gerit. *1732.*]

459. 22 Julii. **Franciscus Drummond**, Edimburgensis, 16 annorum, ad syntaxim ex patre Dño Georgio Drummond.

460. 18 Sept. **Jacobus Carnegy,** 20 annorum, ex patre Gulielmo scribâ Edimburgensis, dimissus ex societate. Factus sacerdos Romæ, missionarius [inimicus societati] et in fine apostasiæ suspectus, ait P. Fife. Obiit anno 173 . . .

461. 18 Sept. **Gulielmus Clerk,** Edimburgensis, 20 annorum, ex patre Gulielmo causidico et matre Joanna Cars. Factus societatis [rector Collegii Scotorum Romæ, et nunc Madriti ubi confessarius regis a Sept. 1726].

462. 18 Sept. **Archibaldus Falooner,** Edimburgensis, 15 annorum, ex patre Alexandro. Venit Londino.

463. 18 Sept. **Alexander Russell,** 19 annorum, ex patre Gulielmo Scribâ Regio Signato et matre Catharinâ Leslie de Tulloch. Factus societatis [missionarius, etc.].

464. 18 Sept. **Carolus Busby,** Anglus, 19 annorum, ex patre Carolo, venit Audomaro ad logicam.

1689.

465. 2 Mar. **Eduardus Fontaine,** 11 annorum, ex patre Jacobo capitaneo.

466. 3 Apr. **Adamus Urquhart,** frater Baronis de Meldrum, comitis Huntleii nepos. Factus societatis [et in ea mortuus Atribati].

467. 18 Maii. **Carolus Fleming,** frater Comitis Wigtonii. Fidelis valde religioni Catholicæ et regi suo semper perstitit.

468. 14 Julii. * * * **Blondel,** aliter Penneton, Audomaro venit ad logicam: Dominicanus.

469, 470. 28 Julii. * * * et * * * **Pollards,** verius Ricardis, duo fratres venerunt Audomaro ad logicam.

471. 6 Aug. * * * **Colluert** ad logicam.

472. 6 Aug. * * * **Prioe.** Venit Audomaro ad logicam.

473. 18 Aug. * * * **Montgomery,** alias Fitzwilliams; venit Wattenis in logicam.

1690.

474. 10 Dec. **Georgius Wood,** ex patre Georgio Wood; ivit 1692 ad novitiatum Madriti, ubi obiit.

475. 10 Dec. **Thomas Fyfe,** Aberdonensis natus 17 Martii, 1674 ex parentibus Gulielmo Fyff et Helena Gordon. Factus societatis Neapoli; hinc abiit 25 Sept. 1693. [Ingressus Societatem Neapoli 29 Januarii 1694 atque peracto tyrocinii biennio vota simplicia ibidem emisit 30 Januarii 1696, repetiit rhetoricam anno uno ac absoluta philosophia per quadriennium theologiæ operam dedit Neapoli, atque ibidem examen juratum pro gradu subivit et quatuor vota professorum emisit Romæ anno 1711. Docuit humaniores litteras Beneventi, subminister fuit in Collegio nobilium Neapoli, Rector Collegii Scotorum Romæ, Madritti, et Duaci bis; nunc vero Procurator missionis Scoticæ est Parisiis. *1732.*]

1691.

476. 1 Mar. **Fredericus Howard,** filius Ducis Norfolcii, abiit Sept. 1693 ad Collegium Anglorum Audomarense.

477. 22 Sept. **Antonius Kempis,** Anglus, ex patre Antonio, Audomaro ad logicam.

478. 28 Oct. **Henricus Pye,** hic Lingen, ex patre Joanne, venit Audomaro; abiit 13 Feb. Londinum.

479, 480. 29 Oct. **Jacobus** et **Gulielmus Maxwell,** ex patre Jacobo de Kirkonnell, 1ª rediit in Scotiam 7 Sept. 1693, 2ª Sept. 1696.

1692.

481. 24 Apr. **Gulielmus Wachop,** ex patre Andrea de Nithry; absoluta rhetoricâ, ivit Parisios ad collegium Claromontanum.

482. 24 Apr. **Jacobus Wachop,** frater Gulielmi; absoluta poesi revocatus fuit a patre in Scotiam, Sept. 1696.

483. 3 Maii. **Thomas Drummond,** filius Ducis de Melfort. Venit Parisiis, 7 annorum.

484. 3 Maii. **Gulielmus Drummond,** frater Thomæ, 6 annorum, eodem die. Fuit societatis octennio circiter in Gallia. Postea Archipresbyter S. Eustachii Romæ. Canonicus S. Pauli Leodii, præpositus.

485. 8 Julii. **Petrus Broune,** 18 annorum, Hybernus ex patre Scoto Joanne. Venit Audomaro ad logicam; Londinum abiit 15 Apr. 1695.

486. 8 Julii. **Jacobus Scott,** Edimburgensis. Abiit Parisios 8 Sept. 1693.

1693.

487. 31 Jan. **Hugo Strachan,** 21 annorum, ex patre ministello hæretico Jacobo Barone de Thornton et matre Catharina Ross de Pittendrich. 3 Junii 1693 factus societatis Tornaci, inde post 3 menses missus in Bavariam [et nunc in míssione Scoti egregie laborat in vinea Domini apud montanos].

488. 13 Julii. **Joannes Drummond,** venit e Scotia, 14 annorum, filius Dnæ de Perth; post philosophiam evocatus a parentibus Parisios.

489. 13 Julii. **Carolus Drummond,** frater Joannis, 12 annorum, factus societatis Parisiis [mortuus est in societate].

490. 13 Julii. **Alexander Grant,** 13 annorum, ex patre Gulielmo de Crichy, factus est societatis 1696 [post rhetoricam ivit ad tyrocinium in provincia Bononiensi 1696; laborat in missione, fuit rector Coll. Scot. Duaci; mortuus Madriti].

491. 13 Julii. **Jacobus Drummond,** 11 annorum, ex patre Ludovico; abiit 24 Jan. 1694; ineptus ad studia.

492. 13 Julii. **Georgius Collison,** Aberdonensis, 15 annorum, ex patre Roberto et matre Margareta Duguid. Factus societatis in provincia Tolosona [ubi mortuus].

493. 13 Julii. Mgr. **Robertus Gordon,** 25 annorum, ex patre Roberto, Laureatus in universitate Aberdonensi; Sept. sequente Romam, ubi factus est sacerdos.

494. 8 Sept. **Jacobus Tusborrow,** Anglus, ex patre Richardo venit Audomaro ad logicam; abiit finita philosophiâ.

495. 20 Sept. **Thomas Brunning,** Anglus, 20 annorum, ex patre Edmundo venit Audomaro; anno 1694 factus Parisiis monachus apud Anglos.

1694.

496. 28 Maii. **Andreas Drummond,** frater Thomæ et Gulielmi, de quibus Maio 1692.

497. 18 Julii. **Gulielmus Attwood,** Anglus, 16 annorum, ex patre Georgio venit Audomaro; abiit post 6 menses.

498. 18 Julii. **Richardus Massy,** 20 annorum, ex patre Francisco venit Audomaro ad logicam; abiit post 3 menses.

499. 18 Julii. **Robertus Dumbar,** rediit in Scotiam, valetudinarius, 2 Sept. 1699.

1695.

500. 21 Jan. **Joannes Grant,** aliter Le Grand, ex patre Petro Grant de Caron et * * * Dumbar. Sept. 1696 abiit ad Tirocinium Romanum [Docuit in Belgio philosophiam et theologiam et fuit Cameraci per annos 16, præfectus ecclesiæ et casuum, confessarius nostrorum et externorum, ductor reorum ad supplicium per annos 12, catechista per annos 16. . . . Natus in Scotia 15 Augusti 1672, Societatem ingressus est Romæ 20 Novembris 1696, ubi peracto tyrocinio vota simplicia nuncupavit 21 Novembris 1698. Litteras humaniores docuit anno uno Tipherni; Romam inde revocatus philosophiam quam Duaci revocatus fuerat duobus annis absolvit. Lugduni in Gallia theologiæ anno uno operam dedit quam tribus aliis Duaci absolvit ac publice pro gradu sustinuit. Peracta Armenteriæ tertia probatione philosophiam docuit Luxemburgi et theologiam per aliquod tempus in conventu monachorum. Quatuor votorum professionem emisit Luxemburgi 2 Februarii anno 1713. In Scotiam missus ineunte anno 1715 per 13 duntaxat menses in missione mansit, postmodum Flexiam in Gallia profectus est ubi per aliquot annos curam habuit filii Comitis de Nidsdale; postremo Cameracum missus per plures annos Præfectum templi et casuum Præfectus est. *1732.*]

501. 29 Maii. **Ludovicus Urquhart** [15 annorum], frater Adami, de quo 3 Apr. 1689; factus societatis Tolosæ post philosophiam, 1704.

502. 29 Maii. **Eduardus Fontain,** 13 annorum, ex patre Eduardo rediit 1698 in Scotiam, unde huc 2° venit 24 Jan^{rii} 1699 post philosophiam, doctor medicinæ.

503. 31 Julii. **Robertus Aldred,** Anglus, ex patre Thoma venit Audomaro: absoluta philosophia, abiit Sept. 1697 ad noviciatum Wattenensem.

504. 20 Sept. **Jacobus Leslæus,** ex patre Alexandro de Pitcaple. Finita philosophia 1703, abiit Parisios; factus postea Centurio.

505. 20 Sept. **Joannes Grant,** 10 annorum, ex Joanne de Ballendaloch, 22 Nov. 1702 abiit insalutato hospite.

506. 20 Sept. **Patricius Ninianus,** Weems, 22 annorum, ex patre Jacobo, Angusianus post philosophiam factus societatis Pragæ [nunc in missione redivit in Germania. Est modo Pragæ.]

507. 20 Sept. **Franciscus Fordyce,** 13 annorum, ex patre Joanne. Postea Colonellus et Eques Melitensis. Obiit morte subitanea Gadibus [in Hispania ubi sat amplam fortunam consequutus est].

1696.

508. 13 Mar. **Patritius Graham,** filius Petri Colonelli, post 14 menses factus recolecta apud Anglos Duaci; postea Capucinus Boloniæ præcipue celebris.

509. 20 Mar. **Petrus Gordon,** post tres menses factus Duaci recolecta. Fuit 16 annis missionarius in Scotia, apud montanos. Nunc 1738 in Anglia suæ Provinciæ est definitor.

1698.

510. 18 Apr. **Georgius Seton,** 12 annorum, ex patre Georgio de Garleton, post philosophiam in Scotiam rediit.

511. 25 Apr. **Jacobus Grierson,** venit e Scotia filius Roberti de Lag, equitis aurati, abiit 29 Junii 1700.

512. 22 Sept. ***** Pinchon,** Duacenus, factus 1701 Carmelita discalceatus.

513. 4 Oct. **Joannes Maxwell,** 16 annorum, ex patre Joanne de Barncleugh. Post rhetoricam factus 1702 societatis Nancei. [Natus est in Scotia 22 Augusti 1682, ingressus est Societatem Nancæi in provincia Campaniæ 18 Octobris 1702, ubi emisit vota simplicia 19 Octobris 1704. Peracto tyrocinio docuit biennio inferiores scholas Sedani, philosophiæ studuit altero biennio Mussiponti. Quatuor subsequentibus annis docuit humaniores litteras diversis in locis. Quadriennio operam navavit theologiæ Mussiponti, ubi examen juratum pro gradu subiit. Missus inde Nancæum ad tertium probationis annum et post sex menses in patriam vocatus appulit mense Augusti anni 1717. Professionem quatuor votorum emisit in Castello de Barrack diœcesis

Aberdonensis 4 Julii 1720 serius quam pro more, nescio quo casu. Missionarium adhuc agit. *1732.*]

514. 4 Oct. **Gulielmus Maxwell,** frater Joannis, 15 annorum, rediit in Scotiam.

515. 4 Oct. **Joannes Broune,** 14 annorum, filius Dñi de Nountoun et Agnetis Maxwell, abiit in Scotiam Maio 1705.

1699.

516. 24 Jan. **Robertus Nilson** de Barnkoily, abiit in Scotiam.

517. 1 Oct. **Alexander Burnet,** 28 annorum, filius ministelli de Reine propugnata hic theologia factus est societatis Madriti.

1700.

518. 15 Apr. **Reginaldus Drummond,** frater Thomæ Gulielmi et Andreæ, de quo 28 Maii 1694, obiit hic 10 Oct. 1706 in habitu societatis [sepultus est in collegio cum pompa ad jussum parentum].

519. 15 Apr. **Phillippus Drummond,** frater Reginaldi; abiit 4 Apr. 1707.

520. 4 Julii. **Gulielmus Menzies,** primogenitus Gilberti de Pitfodels, 12 annorum; abiit 14 Martii 1707 Parisios et inde in Scotiam.

521. 4 Julii. **Jacobus Menzies,** 11 annorum, Gulielmi frater; abiit 1707 in Hollandiam.

522. 4 Julii. **Kennethus Strachan,** Hugonis, de quo 31 Jan^{rii} 1693, frater, post philosophiam factus societatis [in Bavaria et postquam docuerat unum vel alterum cursum philosophiæ factus est rector Coll. Scotorum Madriti cui præfuit quatuor annos cum aplausu. Madrito Duacum remissus officium praefecti Procuratoris et Ministri per aliquot annos. Nunc vero rector est collegii nostri Duacensis.]

1701.

523, 524. 16 Julii. **Gulielmus et Georgius Maxwell,** primus 14, secundus 13 annorum; filii Dñi de Munches. Redierunt in Scotiam Julio 1705.

1702.

525. 16 Oct. **Joannes Gordon,** ex patre Georgio de Suelton. Societatem et fidem sacerdos deseruit.

526. 16 Oct. **Archibaldus Bower,** factus societatis 1706 Romæ. Secessit in Angliam Julii 1726. [Deseruit societatem.]

1706.

527, 528. 13 Maii. **Gulielmus Stevenson** et **Jacobus Currus,** 29 annorum, abjuratâ hæresi abierunt 1707. Primus dicitur apostata et ministellus in Anglia: ita P. Jac. Innes.

529. 29 Junii. **Franciscus Sempil,** filius Roberti de Glasford. Post rhetoricam abiit ad patrem.

530. Julio. **Robertus Innes,** 13 annorum, ex patre Francisco Innes et matre Elizabetha Maitland. Factus societatis Tornaci 1 Sept. 1713. [Natus est in Scotia 1ª Junii anno 1693, Societatem ingressus Tornaci 29 Septembris 1713, emissis ibidem votis simplicibus 30 Septembris 1715, Insulas missus est ubi anno uno humaniora repetiit, quæ deinde tradidit variis in locis per annos quinque. Tum Atrebati anno præfectus fuit convictorum, inde Duacum profectus Theologiæ Scholasticæ operam dedit quadriennio. Absoluto theologiæ curriculo in Collegio Scotorum Duaci præfecto egit triennio circiter, ubi solemnem quatuor votorum professionem emisit. Demum in patriam missus anno 1729 a duobus annis et sex mensibus in vinea Domini laborat. *1732.*]

531. 7 Sept. **Joannes Mille,** abiit 29 Oct. 1708.

1707.

532. 24 Sept. *** * * Stanley,** hic Bodenham, post philosophiam abiit 8 Jul. 1709 ad noviciatum Wattenensem.

533. 6 Nov. **Jacobus Bell,** 11 annorum, aufugit 6 Feb. 1710. [Factus est Recolecta Madriti.]

534. 6 Nov. **Georgius St. Clair,** 10 annorum, fugit 8 Feb. 1710; Recolecta [factus est Franciscanus Madriti].

1708.

535. 13 Jan. **Joannes Wright,** ex patre Joanne de Keldonhall in Essex; abiit 8 Nov. 1708.

536. 24 Oct. **Joannes Seton,** 14 annorum, frater Georgii, de quo 20 Sept. 1698. Factus societatis Madriti. [Natus est in Scotia 9 Novembris 1695, Societatem ingressus Madriti 20 Septembris 1718, et biennio tyrocinii plus quam expleto vota simplicia emisit 29 Septembris 1618 Villa Regis, qua in urbe docuit etiam humaniores litteras per triennium. Theologiæ operam navavit annis quatuor Compluti et subiit juratum examen in villa cujus nomen Jesus del Monte. Ad missionem Scoticam profectus est anno 1725 mense Julio. Nondum emit ultima vota. *1732.*]

537. 24 Oct. **Alexander Lesleus,** ex patre frater Jacobi, de quo 20 Sept. 1695; post humaniora studia abiit Aug. 1713 ad novitiatum Romanum.

538. 24 Oct. **Georgius Lesleus,** Alexandri frater ex utroque parente; rediit in Scotiam.

539. 24 Oct. **Robertus Maxwell** de Corruchan. Post philosophiam rediit in Scotiam, obiitque innuptus 173 . . .

1710.

540. 4 Julii. *** * * Chapman,** venit Audomaro ad dialecticam sed brevi abiit.

541. 4 Julii. **Harbertus Maxwell,** 13 annorum, ex patre Alexandro de Terrachty ad figuras. Factus societatis, eam deseruit 1724.

1713.

542. May 13. [**Joannes**] **Ade,** 14 annorum, factus societatis in Hispania [missus est Madritum, ubi factus Jesuita].

1714.

[Quinque sequentes alumni venerunt Duacum: Rectore R. P. JACOBO INNES] cum R. P. Gulielmo Durham infirmo.

543. Julio. **Andreas Seton,** 16 annorum, frater Georgii et Joannis de Garleton. Ivit in Hispaniam, ubi factus est miles.

544. Julio. **Patricius Duguid,** ex patre Roberto d'Achenhove et Teresa Leslie de Balquhain ; rediit in Scotiam 1721 post philosophiam.

545. Julio. **Georgius Arbuthnot,** obiit Insulis jam ad societatem admissus. [Aluerat annis aliquot Collegium hoc juvenem convictorem Georgium Arbuthnot natione Scotum ardenti in Deum, maxime Eucharisticam, Deiparam, Cælitesque omnes præsertim Societatis nostræ charitate adeo insignem tantaque morum integritate et animi candore excellentem ut reliquis convictoribus in exemplum proponi jure optimo fuerit meritus. Is primo rhetorices præmio donatus Societatis nostræ candidatis juxta vota ardentissima fuit adscriptus, verum debilis valetudinis multis visus, et medicorum hic ope non convalescens missus fuit Insulas, ubi elusa arte medica . . . mentis minutis innocentem animam Creatori restituit. *1716.*]

546. Julio. **Joannes Farquharson,** ex patre Ludovico de Achindrein et matre Margaretâ Farquharson. Factus societatis. [Natus est in Scotia 19 Aprilis 1699, Societatem ingressus est Tornaci 29 Septembris 1718, vota simplicia ibidem emisit 30 Septembris 1720; per biennium philosophiæ operam dedit Duaci, altero biennio humaniora docuit Castro Cameraci, postea per tres menses rudimenta docuit Armenteriæ et totidem mensibus convictorum Præfectus fuit in Scotorum Collegio Duaci. Ibidem cursum theologicum quadriennio absolvit et pro gradu theses publicas sustinuit. Absoluto theologiæ cursu missus est Nivellas ubi rudimenta tradidit per sex menses reliquo anni tempore fuit Armenteriæ in tertia probatione. In patriam profectus appulit sub finem Octobris 1729 ubi adhuc missionarium in montibus Scotiæ agit; ultima vota nondum emisit. *1732.*]

547. Julio. **Joannes Riddoch,** factus societatis [in provincia Campaniæ, ubi nunc versatur missionarius in patriâ. . . . Natus in Scotia 22 Septembris 1700, ingressus est Societatem Nancæi 24 Septembris 1718. Post peractum annum probationis Nancæi missus est Carolopolim ubi 25 Septembris emisit vota simplicia, et ibidem per biennium docuit grammaticam; deinde Mussiponti biennio dedit operam philosophiæ; peracto philosophiæ cursu missus est Madrittum ubi in Collegio Scotorum per triennium

litteras humaniores docuit; deinde in Galliam reversus triennio iterum docuit variis in locis. Nunc vero Remis in Gallia versatur, ubi jam a Sesquibiennio theologiæ operam navat in convictorum domo Præfectus. *1732.*]

548. Sept. **Dominicus Dufour,** ex patre Dominico et matre Rebecca Menez, factus societatis [Lugduni in Gallia. In societate mortuus.]

1715.

549. Maio. **Gulielmus Gordon,** ex patre Francisco de Craig. Factus societatis [Madriti].

550, 551. Dec. **Hugo et Georgius Sempil,** ex patre Roberto, et matre Elizabetha Abercromby, ad 3^{m} ordinem. Uterque societatem deseruit, 1^{a} jam sacerdos [et receptus in Provincia Anglicana].

1716.

552. 16 Maii. **Henricus Carroll,** Hyberno-Marylandus, ex patre Carolo Carroll et matre Maria Darner, post philosophiam rediens occisus fuit in mari; huc Audomaro venerat.

553. 16 Maii. **Michael**[1] **Carroll,** 11 annorum, frater Henrici post annum revocatus a patre Londinum.

554. 24 Dec. **Mungo Maxwell,** abiit Londinum Maio 1720.

1717.

555, 556. 13 Jan. **Franciscus** et **Henricus Cowenberg,** Roterodami, ex patre Henrico mercatore et matre Brigitta Paw [redivit in Hollandiam 15 Sept. 1723].

557, 558. 18 Mar. **Jacobus** et **Franciscus St. Clair,** abierunt Audomarum 18 Sept. 1721. Vocati ab avunculo.

559, 560. 19 Mar. * * * et * * * **Caroll,** fratres Henrici, abierunt Aug. 1720 in Marylandiam.

561, 562. 24 Junii. Duo fratres le comte **De la Chaussee** commensales: natu major factus Dominicanus, secundus uxorem duxit Duaci.

[1] The name **Carolus** has been written over **Michael,** and "frater" has been altered into "fratres". But see 19th March, 1717.

563. 15 Julii. **Jacobus Gordon,** ex patre Joanne d'Achluchris et matre Elizabetha Grant de Crichy. Abiit Aug. 1719 ad novitiatum Romanum [humaniora docuit quadriennio in provincia Romana anno uno in Collegio Scotorum Madriti et tandem post cursum theologicum Roma huc missus 1735].

1718.

564. 12 Apr. **Eduardus Maxwell,** ex patre Roberto et matre Elisabetha Cardiff, 13 annorum, Apr. 1720; rediit Londinum.

565, 566. 20 Maii. **Franciscus** et **Ludovicus Tellez,** Hispani fratres redierunt 26 Dec. 1721 in patriam. [Ex patre Manuel Telez et matre Josepha Teles.]

567. 29 Aug. **Carolus Franciscus Elston,** Anglus ex Buckshire [ex patre Carolo].

568. Sept. **Carolus de Villeneuve,** ex patre capitaneo, factus societatis Tornaci, obiit missionarius in insula S. Dominici 1736.

569, 570. Oct. **Miles** et **Eduardus O'Donnoghue,** patre Hyberno et matre Anna Urquhart de Meldrum Scota. Post 9 menses abierunt et milites facti sunt.

571. 18 Oct. **Alexander Gordon de Glencat,** parentibus Joanne et Joanna Gordona de Barrak; factus societatis post philosophiam Sept. 1723 [Tornaci; quadriennio humaniora docuit Ariæ. Quadriennio theologiam audiit Duaci, cujus primo biennio egit præfectum convictorum in Col. Scot. 1734 in Scotiam ivit missionarius.]

572. 18 Oct. **Joannes Gairden,** ex patre Carolo de Ballastrine et matre [Bethia Gairden de Bellomore]. Rediit in Scotiam post rhetoricam 7 Sept. 1722. [Bonæ indolis et ingenii.]

573. 18 Oct. **Georgius Dugud,** frater Patricii, de quo Julio 1714, societatem ingressus Romæ 17 Nov. 1721; in ea obiit Aretii in Hetruria 13 Oct. 1729.

574. 18 Oct. **Joannes Nangle,** patre Georgio Hyberno et matre Fleming, 17 annorum, ad philosophiam; abiit 1720.

575. 9 Nov. **Jacobus Nangle,** frater Joannis; abiit etiam 1720.

576. 26 Nov. **Odoneus Georgius Kingslay**, ex patre Georgio [et matre Anna Kingsley], 20 annorum, ad logicam, factus societatis 1° Wattenis 2° Tornaci.

1720.

577. 14 Oct. **Philippus Darrell**, Anglus, 19 annorum; rediit Audomarum post 2 menses [ex patre Joanne D'Arroll et matre Olivia Smith].

578. 14 Nov. **David Gairden**, frater Joannis, de quo 18 Oct. 1718, 14 annorum, ad figuras; post annum pie obiit expetens societatem [et sepultus in templo Collegii].

579. 19 Nov. **Joannes Messanger**, Anglus [ex provincia York]; rediit Audomarum 15 Jan. 1721.

1721.

580. 6 Apr. **Jo. Martinus Cowenberg**, frater Francisci, Roterodamus, ad figuras.

581. 21 Aug. **Jacobus Maxwell**, filius Gulielmi de Kirkonel et Joannæ Maxwell de Garnsalock, ad grammaticam, magna ingenii et diligentiæ laude clarus; abiit post philosophiam 1728. [Natus in Scotia 30 Martii 1710, Societatem ingressus est Parisiis 18 Septembris 1728, absoluto tyrocinio ibidem, Alenconii anno uno infimam Grammaticæ scholam docuit; vota simplicia emisit 19 Septembris 1731. Nunc vero philosophiæ studet Flexiæ. *1732.*]

582. 23 Aug. **Alexander Gordon**, frater Jacobi, de quo 15 Julii 1717, natus 13 Dec. 1708. Post rhetoricam abiit ad noviciatum Burdigalensem, Aug. 1726.

583. 23 Aug. **Georgius Gordon** [11 annorum], ex patre Georgio de Durlethes et matre Barbara McKenzie, ad figuras; rediit in patriam logicus.

584. 19 Nov. **Robertus Broun**, ex patre Roberto et Elisabetha Maxwell de Millhead.

585. 19 Nov. **Gulielmus Lindsay**, ex patre Alexandro et matre Herries.

Post aliquot menses abierunt Madritum et inde in Scotiam redière.

1722.

586. 12 Jan. **Franciscus Wescombe,** Londinensis, ad 3m ordinem post philosophiam; factus 1729 societatis Wattenis, bis inde dimissus. [Ex patre Lud. Wescombe.]

587. 21 Feb. **Franciscus D'Avillot,** 20 annorum, ad dialecticam; factus societatis Tornaci. [Ex patre Francisco.]

588. 16 Maii. **Henricus Darnel,** 18 annorum; rediit Audomarum post 2 menses.

589. 20 Maii. **Kenneth McKenzie,** ex patre Hectore et matre Joanna McKenzie; abiit 21 Julii 1722 Madritum ubi factus societatis.

590. 8 Nov. **Ludovicus Delvall,** eques Melitensis Cameras ex patre Ludovico Marchione, 14 ad rhetoricam; post biennium abiit in Hispaniam; miraculosa S. Xaverii intercessione curatus votum ingrediendi societatem hac conditione conceptum implevit, in Paraquariam proficiscens.

1723.

591. 6 Apr. **Thomas Butler,** ad dialecticam; post 15 menses rediit in Marylandiam. [Ex patre Jacobo Butler.]

592. 2 Nov. **Alexander Stanislaus Grant,** desertis Benedictinis Scotis Wirsburgensibus et Anglis Parisiensibus et tandem militia etiam Hollandica, rediit ad monasterium suum Wirsburgense. Hic per aliquot menses fuit antequam Benedictinus fieret inter Anglos. [Ex patre Jacobo ex Tonbreckachy, 17 annorum.]

593. 9 Nov. **Ussualdus Vandergracht,** canonicus Tornaciensis, 16 annorum, ad poesim; abiit post 14 menses [ex patre Ignatio ex ?]

594, 595. 29 Nov. **Alexander** et **Josephus Dugud,** fratres Patricii et Georgii. Primus post humaniora et philosophiam factus societatis Tornaci 28 Sept. 1730. Secundus e grammaticâ Duacensi Aug. 1726 in Hispaniam profectus, ibi reliqua humaniora absolvit et jam anno 1730 factus est societatis Romæ, unde huc redux Aug. 1735.

1724.

596. 12 Aug. **Alexander Craw,** hic Anderson, ex patre D. Patricio de Hewhead, natus Feb. 1685, deinde conversus ad fidem, hic factus Recolecta apud Anglos, unde ob valetudinem affectam in Anglia Septentrionali solitariam vitam ducit.

597. 12 Aug. **Carolus Bedenfield,** de Swasshill in Suffolcia, natus 3° Junii 1698. Recolecta factus hic apud Anglos. Est in patria missionarius. [Optimæ spei juvenis.]

598. 19 Maii. **Alexander Lawson,** sacerdos 33 annos, ex patre Thomâ in Hibernia natus. Post duos annos et sex menses abiit Parisios.

599. 2ª Oct. **Patricius Gordon,** ex patre Joanne de Laussy in provincia Aberdonensi; factus societatis Tornaci.

600. 2ª Oct. **Ernestus Leslie,** ex patre Carolo et Elizabetha Fordyce [natus in Scotia 5 Februarii 1713]; factus societatis Nanceii [29 Novembris 1728] ex Hispania ubi humaniora absolvit redux. [Vota simplicia edidit Mussiponti 30 Novembris 1730, ibidem infimam grammatices Scholam professus unius anni spatio, nunc vero eandem Scholam docet Viroduni. 1732.]

601. 2 Oct. **Robertus Herris,** ex patre Joanne de Auchine vel Achinhine [in Gallovidia] et matre Elizabetha Gordon, cum Ernesto Lesly ivit in Hispaniam, unde in Scotiam redux medicinam exercet.

602. Nov. **Franciscus de Mellancourt,** ex patre Dno. d'Inville, ad grammaticam e poesi rediit Cameracum, et factus est officialis in militia [ætatis 13].

1725.

603. 16 Mar. **Joannes Baptista Higgins,** natus in Hispania patre Hyberno [Jo. Higgens] equite aurato et matre Bayonensi, venit Madrito cum P. Kennetho Strachan; post triennium abiit Parisios, unde in Hispaniam rediit.

604. 8 Aug. **Jacobus Maxwell,** ex patre Georgio de Corruchan et matre Margareta Stewart ad syntaxim; post rhetoricam factus societatis Parisiis.

605. 8 Aug. **Archibaldus Fleming,** ex patre Archibaldo et matre Elizabetha Hamilton, 12 annorum. E rhetorica circa Pascham 1731 factus est Carthusianus apud Anglos Neoporti, frater Bruno dictus.

1726.

606. 26 Julii. **Georgius Maxwell,** frater Jacobi, de quo 21 Aug. 1721 ad grammaticam; post philosophiam factus societatis Tornaci Sept. 1732.

607. 26 Julii. **Gulielmus Maxwell,** frater Georgii, ad figuras; post philosophiam factus societatis Parisiis Sept. 1733.

608. 10 Sept. **Robertus Berkeley,** Wallensis, 12 annorum, ad figuras, ex patre Thomâ de Cleitha et matre Maria Davis de Revens Hill; post philosophiam rediit in Angliam.

609. 18 Oct. **Joannes Baptista Meurille,** Belga, 15 annorum, ad poesim; post rhetoricam abiit.

610. Oct. **Jacobus Bonnaert,** Yprensis nobilis [patre Alexandro Bonart et matre Anna de Bonnart]; post biennium abiit. Est officialis belli in Hispania.

611, 612. 10 Oct. **Gilbertus** et **Joannes Menzies,** de Pitfodels, ex patre Gulielmo et matre Maria Urquhart filia Dni de Meldrum; e rhetorica redierunt in patriam 1731.

613. 29 Oct. **Nicolaus Franciscus de Quellerie de Chantraine,** nobilis Duacenus; post 14 menses rediit ad parentes, postea factus est centurio.

614. 19 Dec. **Jacobus Gordon,** 14 annorum, ex patre Joanne de Braes et matre Alisona Pennicook, ad primum ordinem; post rhetoricam rediit in Scotiam 1731.

1729.

615, 616. 11 Apr. **Georgius** et **Alexander McKenzie,** primus ad syntaxim, secundus ad grammaticam, ex patre Coleno McKenzie de Kildin et matre Anna McKenzie de Ardloch, uterque post philosophiam factus societatis Nancei. Alexander dimissus ante sacerdotium; Georgius dimissus jam sacerdos, nunc Centurio in Batavia.

617. 17 Maii. **Carolus Robison,** ex patre Carolo et matre Joanna Delaps, 14 annorum, ad 3 ordinem; dimissus 10 Jan. 1782 [ob mores corruptos].

618, 619. **Henricus [Christianus Antonius Josephus,** annorum 17] et **Emmanuel [Dominicus Josephus,** annorum 13] **Malotan,** Tornacienses ex patre Francisco Malotot d'Anger et matre Maria [Joanna] Delvin; post biennium abiit uterque. Secundus 1735 obiit in Hispaniam.

Cum Patre Alexander Seton seu Ross venerunt :—

620. 10 Sept. **Jacobus Stuart,** ex patre Joanne de Campbell et matre Joanna Grant de Rothimurkus, rhetor; dimissus [ob mores corruptos: 14 circiter annorum].

621. 10 Sept. **Jacobus Thomson,** Aberdonensis, ex patre Thoma et matre Lucia Schand; post septem· menses missus Madritum, unde redux 5ª Dec. 1734 ad poesim; post philosophiam abiit Sept. 1738 ad noviciatum Lanspergensem in Bavaria.

1730.

622. 2 Apr. **Matheus Everard,** Hybernus; abiit post philosophiam [Lovanium]; est canonicus Gandavi loco avunculi [17 circiter annorum, patre Ricard Eberard et matre Elizabetha Fitzgerald].

623. 28 Apr. **Quintinus [Josephus] Henous,** Duacenus, 15 annorum, ad syntaxim; factus recolecta Parisiis [patre Francisco Joanne Henous et matre Margarita Carbonelle].

624. 1º Junii. **Franciscus [Josephus] Henous,** ad dialecticam, frater natu major Quintini; post philosophiam abiit ad parentes, postea factus gregarius miles.

625. 25 Junii. **Gulielmus Gerardus Rigg,** natus Londini patre Jacobo Gallovidiano Scoto [et Anna Bolton], 13 annorum, ad 3ᵐ ordinem; dimissus 1734.

626. 3 Julii. **Nicolaus Saudemont,** Duacenus [patre Domino Sodment procuratore in urbe Duacensi]; post annum obiit [incidit in gravem morbum ac post 4 vel 5 hebdomadas mortuus est omnibus sacramentis rite præmunitis, sepultusque in templo Divi Petri].

627. 25 Sept. **Jacobus Dugud,** 15 annorum, ad 3m ordinem, frater Patricii, Georgii, Alexandri et Josephi; e syntaxi in patriam rediit ob affectam valetudinem 1734.

628. 30 Sept. **Jacobus [Catharina] Malo,** Cameras, 12 annorum ad 1m ordinem; post annum rediit ad parentes [ex patre Joanne Carolo Malo et Margarita Dolé civibus Camaracensibus].

629. [1 Oct. **Franciscus Gray,** venit Audomaro, 17 circiter annorum ex patre Jacobo Gray et matre Margarita, remansit usque ad Pascham, factus est recolecta apud patres recolectas Anglos, sed egressus ex noviciatu redivit in Angliam.]

1731.

[R. P. FRANCISCUS STRACHAN, Rector.]

630. 17 Apr. **Ignatius Yong,** vulgo Le Jeune, patre Hieronymo Josepho Yong Parisiis nato ex patre Scoto [et matre Elizabetha Le Jeune], Martinicanus 16 annorum, ad 1m ordinem; rhetor abiit insalutato hospite 19 Martii 173 . . .

631. Maio. **Alexander Cameron,** qui post ejuratam hæresim et post dialecticam et philosophiam factus est societatis.

632. 18 Junii. **Thomas Gray,** Anglus, patre Joanne matre Margarita Tyes, 14 annorum, ad 3m ordinem; factus recolecta exiit [ejectus ob corruptos mores].

633. 4 Julii. **Petrus [Josephus] Dumortier,** Tornacensis, 16 annorum, ad syntaxim; post poesim rediit Tornacum [ex patre Dno. Antonio Josepho Du Mortier depositario urbis Tornacensis et pagorum et Dna Maria Elizabetha Purez].

634. 6 Julii. **Joannes Bolney,** Londinensis, ad 3m ordinem; rediit Londinum 1734 [13 circiter annorum ex patre Henrico Bolney et matre Catharina Bolney civibus Londinensibus].

635. 12 Aug. **Jacobus Herris,** vulgo Gordon, 15 annorum, frater Roberti, de quo 2 Oct. 1724; brevi abiit in Hispaniam, unde 5 Dec. redux ad grammaticam, ex qua abiit ad militiam.

636. 4 Oct. **Joannes Baptista Vanstrasser,** Iprensis, 20 annorum, ad logicam; postquam Ipras rediit [ex patre Ludovico Van Strasser et matre Antonia Gremings in Markeim].

637. 31 Oct. **Carolus Sandford,** nobilis 19 annorum, venit Audomaro ad logicam, optimus adolescens; abiit post philosophiam [ex patre Joanne Sandford et matre Maria Sandford].

638. 6 Dec. **Jacobus Gairden,** 13 annorum, ad 3m ordinem, frater Joannis et Davidis de quibus 18 Oct. 1718 et 14 Nov. 1720. Ingressus est societatem post philosophiam Avenione.

639. 6 Dec. **Jacobus Forbes,** 14 annorum, ad 3 ordinem, ex patre Lachlaneo Forbes de Edinglassie et matre Margarita Irwin a Patre Joanne Innesio ad fidem conversis; puer valde ingeniosus et bonæ sed pigræ indolis; rediit e poesi in patriam.

1732.

640. 12 Feb. **David [Nicolaus Matthæus] Nagle,** venit insulis 12 annorum, ex patre Gerardo et matre Anna Mathes Hybernis; aufugit 1733 Julio.

641. 29 Feb. **Joannes [Franciscus] Moras,** Gallus, ad 2m ordinem figurarum [ex urbe Duaco ex patre Joanne Jacobo Moras et matre Geneveva].

642. 30 Apr. **Edmundus Ludovicus Patricius Shee,** 14 annorum, ex patre [Thoma Shee] capitaneo Hyberno [et equite St. Ludovici et matre Margarita Delly], ad 2m ordinem; fugit post annum.

643. 24 Julii. **Normannus Petrus McLeod,** hic Normanson, ad grammaticam [Petrus in confirmatione data eodem anno ab illustrissimo Prichard episcopo recolecta Anglo 15 annorum] ex patre Normanno et matre Catharina McKiver; post propugnatam philosophiam universam summa cum laude in publica præmiorum distributione, factus societatis [omnibus charissimus, hinc Tornacum discessit 25 Sept. 1738 societatem ingressurus].

644. 31 Aug. **Hugo Smith,** 7 annorum, ex patre Carolo et matre Catharina Paterson filia Hugonis de Bannockburn, equitis aurati Scotis. Venit Bononia [ad nullam scholam ivit sed se præparat at 3m ordinem figurarum].

645. 27 Sept. **Joannes Baptista Young,** vulgo Lejeune, ad 3m ordinem, frater Ignatii [annorum 12 cum dimidio]; post rhetoricam in fine cujus coronatus fuit abiit 13 Sept. ad noviciatum Romanum.

[Joannes Baptista, emenso cum permagna ingenii ac diligentiæ laude humaniorum literarum studiorum curriculo, imperatoris personam præclare gessit in tragœdia in qua laurea corona donatus fuit, quod primam in omnibus scholis palmam retulerit. Ingenio ac moribus angelus Romam discessit 13 Sept. 1738 societati nomen daturus.]

646. 27 Sept. **Josephus Young,** vulgo Lejeune, Ignatii et Joannis Baptistæ frater, ad 3^{m} ordinem [10 annorum]; obiit Septembri 1747 societatis tyro. [Josephus Lejeune emenso cum laude philosophiæ curriculo discessit Vattenas ad tyrocinium die 4^{a} Septembris 1740; inde redivit huc post aliquot hebdomadas Audomari transactas eo quod non esset Vattenis locus propter extraordinarium tyronum numerum; denuo hinc discessit 30 Oct. 1741 Parisios, ibidem societatem ingressurus; adolescens omnium virtutum laude insigniter ornatus.]

647. 11 Oct. **Renaldus McKenzie,** 7 annorum, ex patre Gulielmo Marchione de Seaforth et matre Mariâ Kennet. [Se præparat ad 3^{m} ordinem figurarum.]

648. 2 Nov. **Thomas Berkeley,** frater Roberti, 14 annorum, ad grammaticam; abiit ad PP. Benedictinos Anglos ad philosophiam, postquam rediit in Angliam.

151. **Thomas Lumsdane** Aberdonensis. Fecit juramentum 17 Januar; studuit Theol. ann. 1 et ultimo factus in Collegio Sacerdos. Discessit 28 Aprilis 1645. Fuit missionarius in Scotia. (He was Professor of Divinity in Paris—went to the mission with Mr. Ballentine: see Conne's letter 1659 and Mr. Thomson's papers. *P. McPh.*) [Obiit Paris, 28 Jun. 1671.]

1645.

152. **Alexander Lumsdane** Aberdonensis. Fecit juramentum 15 Aug. ann. 1646; studuit phil. ann. 3 Theol. 2. Discessit 21 April. 1650. Fuit postea Dominicanus et missionarius in Scotia. (He was tried and condemned to die as a Priest in the time of Oates' Plot. This was in London: See Dod's *History*, vol. 3, p. 319. *P. McPh.*)

1646.

153. **Thomas Forbes** Aberdonensis. Fecit juramentum 11 Aprilis 1647; studuit phil. annos 3, Theol. 1. Discessit 13 Novembr. 1649. Fuit postea Aulicus Em^mi^ Cardinalis Caroli Barberini. (He was son to Forbes the Protestant Bishop of Edinburgh. See said Bishop's life in Keith. See Chalmer's letter 1673. *P. McPh.*)

154. 17 Oct. **Robertus Watson** Aberdonensis. Fecit juramentum 20 Junii 1647: studuit phil. et Theolog. annos 7 factus in Collegio sacerdos. 31 Julii 1652 mortuus est in Collegio, et primus in nostra Ecclesia sepultus.

1649.

155. 22 Maii. **Joannes Leith.** Studuit physicæ. Discessit 23 Novemb. 1649.

156. 14 Nov. **Joannes Scott** *alias* **Thomas Forbes.** Studuit metaphysicæ. Discessit 26 Sept. 1650.

1650.

157. 12 Feb. **Arthurus Forbes.** Studuit logicæ. Discessit 3 Februarii 1651.

158. 12 Feb. **Alexander Irvin.** Studuit logicæ. Discessit 21 Junii 1650.

159. 13 Mar. **Thomas Person.** Discessit 2 Junii 1650.

160. 6 Apr. **Patricius Gray.** Discessit 18 Sept. 1652.

161. 6 Apr. **Alexander Gray.** Discessit 3 Feb. 1651.

162. 15 Nov. **Alexander Sinclare.** Fecit juramentum 24 Feb. Dictus est *alias* **Alexander Scott.** Rediit in Hispaniam 1654 valetudinis causa ubi ingressus est Societatem Jesu.

163. 15 Nov. **Edwardus White.** Discessit 27 Febr. 1651. Dictum est postea factum esse Dominicanum.

1651.

164. 27 Maii. **Jacobus Gordon** diœcesis Aberdonensis. Fecit juramentum 5 Aug. eiusdem anni; studuit philosophiæ annos 3 Theolog. 1. Discessit 1655. Ingressus deinde Soc. Jesu; fuit missionarius multis annis in Scotia.

165. 27 Maii. **Alexander Winster** *alias* **Dunbar** Moraviensis. Fecit juramentum 5 Aug.; studuit philos. et Theolog. annos 7; factus in Collegio Sacerdos. Discessit 1657. Fuit diu missionarius immo Missionis præfectus in Scotia. (He was one of the first Missionaries. See Conn's letter 1659 and Mr. Thomson's writings *passim*. *P. McPh.*) [Obiit Banff 21 Jan. 1708, ætat. 83.]

166. 20 Oct. **Robertus Barclay.** Studuit logicæ. Discessit 24 Aprilis 1652. Ingressus est deinde societatem Jesu.

167. 2 Dec. **Alexander Leith** diœc. Aberdonensis. Fecit juramentum 2 Feb. 1652; studuit phil. ann. 3, Theol. 2; factus in Collegio Sacerdos. Discessit 1655 ad Missionem et post aliquot annos ingressus Soc. Jesu; mortuus est missionarius in Scotia. (See Conne's letter 1659. *P. McPh.*)

168. 30 Nov. **Thomas Ramsay.** Studuit physicæ. Discessit 26 Feb. 1652. Admissus est deinde in ordinem Conventualium S. Francisci, unde postea aufugit.

1652.

169. 23 Apr. **Joannes Irvin** Aberdonensis. Fecit juramentum 19 Maii; studuit phil. annos 2. Discessit 1653. Ingressus Soc. Jesu, mortuus est in Germania.

1653.

170. Apr. **Jacobus Anderson** *alias* **Alexander** Aberdonensis. Fecit juramentum 15 Aug.; studuit phil. an. 3. Discessit 1658.

171. Maio. **Gulielmus Gray** dicec. Brechinensis. Fecit juramentum 1 Nov.; studuit phil. ann. 3, Theol. 1. Discessit 1656. Factus est deinde monachus in Germania et missionarius in Scotia.

172. 28 Maii. **Franciscus Robertson.** Studuit litteris humanioribus annos 7 cum licentia Em^mi^ Protectoris. Discessit 1660 ob malam valetudinem.

1654.

173. 15 Apr. **Thomas Hamilton.** Studuit rhetoricæ. Discessit 1654 valetudinis causa.

174. 13 Julii. **Andreas Macghie.** Studuit rhetoricæ et logicæ aliquot mensibus. Discessit 1655. Ingressus deinde Societatem Jesu fuit missionarius in Scotia.

175. **Gulielmus Johnston.** Jan. 1655 discessit ob imminens vitæ periculum.

1656.

176. **Georgius Ballile.** Studuit phil. Discessit 1656.

177. **Gulielmus Hay** *alias* **Colinson** Aberdonensis. Fecit juramentum et studuit rhetoricæ et logicæ. 1 Maii 1659 cum promissione redeundi discessit.

1657.

178. **Gilbertus Gray** Dunkeldensis. Fecit juramentum 11 Junii 1658; studuit Theologiæ annos 4; factus in Collegio Sacerdos. Ivit 1662 ad missionem sed factus est deinde Apostata. (He was enticed by the Jesuits to go to Rome in hopes he would become of their order. See Leslie's information 1662. *P. McPh.*)

179. **Gilbertus Menzies** Aberdonensis. Fecit juramentum 11 Junii 1658; studuit Theolog. annos 4. Discessit 1662 cum licentia sine sacerdotio. (Sent by F. Macbrec to Rome after he had studied almost his whole Divinity in the Scots College, Paris, and the College in Rome paid his journey, and all this in hopes he would enter the Society. *P. McPh.*)

180. **Joannes Jackson.** Mortuus est 1657 paulo post Adventum.

181. **Gulielmus Meldrum** *alias* **Baillie.** Studuit logicæ. Discessit 2 Septemb. 1658. Factus est deinde Benedictinus Herbipoli et Missionarius in Scotia et Anglia.

182. **Alexander Gordon.** Studuit casibus conscientiæ. Ante conversionem fuit prædicans. Discessit 2 Septemb.; factus deinde Benedictinus in Germania. (Brother to Lismore. All the attempts possible were made by him to get admittance into the Scots College in Paris. Messrs. Barclay and Walker stood firm and would not receive him. He was sent to Rome by the Jesuits who complained grievously of the Superiors in Paris to Cardinals of Propaganda. Without orders he went to Germany, entered among the Scots monks, whom he soon left, and thereafter made no secret of his having come abroad merely as a spy on these places of Catholic education. Macbrec's letter 1659. *P. McPh.*)

1659.

183. Oct. **Jacobus Tyrie** Brechinensis. Fecit juramentum 30 Julii an. 1660; studuit Theol. an. 3. In Octob. 1662 rediit Parisios sub prætextu sanitatis.

184. 13 Dec. **Joannes Irvin de Hilton** diœc. Aberdonensis. Fecit juramentum 1660; studuit philosophiæ et Theologiæ; factus in Collegio Sacerdos. Fuit per aliquot annos missionarius in Scotia. (He had been Chaplain to a French Ambassador in 1668 and before he had a sister married in Italy to the Marquis of Bagni. See his letter in 1668. *P. McPh.*) [Obiit 1688, ætat. 55.]

1661.

185. 26 Feb. **Gulielmus Reid.** Studuit logicæ. Discessit 26 Aug. 1661. Factus deinde Benedictinus, ivit ad missionem ubi fuit incarceratus,

186. 26 Feb. **Gulielmus Chalmer.** Studuit logicæ. Discessit 26 Aug. 1661. Factus est postea Ratisbonæ Benedictinus mortuus Subiaci.

187. **David Burnet.** Fecit primus juramentum novum; studuit phil. et Theol.; factus in Collegio Sacerdos. Fuit diu missionarius in Scotia. (He was a convert. See McBreac's letters in 1661. *P. McPh.*) [Obiit 27 Dec. 1695, ætat. 57.]

188. **Georgius Colinson** Aberdonensis. Fecit juramentum 11 Decembris; studuit phil. ann. 3, Theol. 1. Discessit 1665. Factus est deinde Benedictinus.

1662.

189. **Joannes Irvin de Belty.** Fecit juramentum 15 Decem.; studuit Theol. ann. 3. Profectus est 1665 Parisios, ubi factus sacerdos ivit ad missionem.

1664.

190. **Jacobus Franciscus Abircromby** Diœc. S. Andr. Fecit juramentum 9 Aug. Discessit ob malam valetudinem et mortuus est in itinere.

1666.

191. **Robertus Watson** Morav. Fecit juramentum 4 Jan. Fuit dimissus 1671.

192. **Ernestus Ignatius Ramsay** diœc. Aberdon. Fecit juramentum 20 Junii; studuit humanioribus et phil. annos 5. Fuit dimissus 1671.

1667.

193. **Joannes Davidson** Aberdonensis. Fecit juramentum 20 Nov.; studuit philos. an. 3. Fuit dimissus 1671, sed postea ingressus ordinem præd., dum iret ad missionem mortuus est in itinere.

194. **Alexander Burnet** Aberdonensis. Fecit juramentum 20 Nov.; studuit Theolog. annos 4; factus in Collegio Sacerdos. 5 Martii 1671 profectus est ad missionem, deinde Londini condemnatus ut sacerdos ad ultimum supplicium, sed postea liberatus, missus in exilium. (See his history written by himself in papers of 1660. He studied for 2 years divinity in Scots College in Paris and was then ordained Deacon. *P. McPh.*)

1668.

195. **Robertus Monro** Rossensis. Fecit juramentum 4 Junii; studuit Theol. an. 2; factus in Collegio Sacerdos citius ex decreto S. Cong. de Prop. Fide. 13 Aprilis 1671 profectus est ad missionem ubi fuit multis annis, et ibi febre laborans a militibus dum ad carcerem ducebatur in itinere mortuus est.

196. **Robertus Douglas** diœc. S. And. Fecit juramentum 29 Nov.; studuit phil. an. 3. Discessit 1671 ob infirmam valetudinem.

1669.

197. **Gulielmus Gordon** Aberdonensis. Fecit juramentum et studuit phil. 10 Junii 1671 dimissus fuit.

1671.

198. **Jacobus Smith** Moraviensis. Fecit juramentum 3 Maii; studuit rhet. an. 1, phil. 3, Theol. 1. 3 Octobris 1675 discessit cum licentia Protectoris et promissione redeundi sed factus est apostata.

199. 10 Dec. **Joannes Irvin.** Fecit juramentum 5 Junii 1672; studuit phil. an. 3, Theol. 4, quam publice defendit; factus in Collegio Sacerdos. Discessit 15 Februarii 1679. Fuit multis annis missionarius in Scotia. [Obiit Gordon Castle, 19 Apr. 1717. ætat. 65.]

1672.

200. 21 Oct. **David Guthrie** diœc. S. And. Fecit juramentum 21 Maii 1673; studuit Theol. ann. 3 casibus conscientiæ an. uno et dimidio; factus in Collegio Sacerdos. Discessit 1 April. 1677. Fuit diu missionarius in Scotia. [Obiit Arbroath 9 Mar. 1708.]

201. 21 Oct. **Robertus Davidson** diœc. S. And. Fecit juramentum 21 Maii 1673; studuit Theol. an. 3 casibus conscientiæ ann. 1 et dimidio; factus in Collegio Sacerdos. 1 April. 1677 profectus est ad missionem, ubi post multos annos fuit incarceratus propter fidem. [Obiit Leith 13 Maii 1711.]

1674.

202. 20 Maii. **Thomas Strachan** Aberdonensis. Studuit logicæ. 2 Jan. 1675 discessit ante juramentum; fuit postea Collonellus in Germania et factus Eques Baronettus.

203. 25 Oct. **Alexander Chrystie** dicec. S. And. *alias* **Crichton.** Studuit phil. an. 3, Theol. 3 et dimidio; factus in Collegio Sacerdos. 3 Febr. 1681 ivit ad missionem in Scotia, ubi fuit incarceratus aliquot annis. [Obiit Dunkirk. Apr. 1715.]

204. 1 Dec. **Gulielmus Douglas** filius Dynastæ de Mordington. Fecit juramentum 16 Junii 1675; studuit phil. an. 3. 9 Junii 1677 discessit cum licentia Em^mi^ Protectoris et ingressus est Cong. PP. Oratorii.

1675.

205. 14 Dec. **Gulielmus Leslie** diœcesis Aberdonensis. Fecit juramentum 4 Junii an. 1676; studuit Philosophiæ annos 3, theologiæ annos 2. Discessit 31 Januarii 1681 cum licentia Protectoris ad docendam Theologiam Pataviæ ubi factus Sacerdos. Factus Episcopus Vallensis in Hungaria deinde Labacensis mortuus est anno 1727. Legavit Collegio mille florenos. [Filius Gul. Leslie de Warthill.]

1677.

206. 10 Oct. **Gulielmus Mitchell.** Studuit Logicae. Discessit 1 Aprilis 1678 ante juramentum: factus est Apostata.

207. 10 Oct. **Jacobus Nicol** dicec. Moraviensis. Fecit juramentum 10 Aprilis 1678; studuit philosophiæ annos 3, theologiæ annos 2 factus in Collegio Sacerdos. Die 9 Februarii 1683 discessit ad missionem ubi multa passus est. [Obiit Paris 2 Oct. 1696, ætat. 44.]

208. 10 Oct. **Joannes Jameson** Aberdonensis. Fecit juramentum 10 Aprilis 1678. Studuit Rhetoricæ annum 1, philosophiæ annos 3, Theologiæ 4 quam publice defendit et Doctoris lauream accepit. Factus est in Collegio sacerdos et die 9 Maii 1685 discessit Pataviam et deinde in missionem ubi conjectus fuit in carcerem. [Obiit Edinb. 20 Mar. 1700, ætat. 41.]

209. 18 Oct. **Joannes Hall.** Studuit Logicæ. Die 6 Aprilis 1678 ante juramentum discessit.

210. 18 Oct. **Jacobus Levingston.** Studuit Rhetoricæ Die 6 Aprilis 1678 discessit ante juramentum et ingressus Societatem Jesu fuit Missionarius in Scotia ubi mortuus est Superior Missionis.

1679.

211. 19 Nov. **Jacobus de Canaries.** Studuit Logicæ Die 27 Martii 1680 e Collegio discèssit ante juramentum et rediit Duacum unde factus Sacerdos ivit ad Missionem et factus est Apostata.

212. 14 Nov. **Robertus Strachan** diœcesis Aberdonensis. Fecit juramentum 10 Martii 1680 Studuit philosophiæ annos tres, theologiæ tres, factus in Collegio sacerdos. Discessit 9 Maii 1685 Pataviam et inde ad missionem. [Obiit Aberd. 31 Aug. 1725, ætat. 65.]

213. 14 Nov. **Jacobus Donaldsone** Aberdonensis. Fecit juramentum 10 Martii 1680. Studuit philosophiæ annos quatuor theologiæ, factus in Collegio sacerdos. Discessit 11 Aprilis 1687 Parisios et inde ad missionem. [Obiit Preshome 28 Mar. 1740, ætat. 80.]

1681.

214. 18 Feb. **Gualterus Innese** diœcesis Aberdonensis. Fecit juramentum 21 Septembris. Studuit domi humanioribus sex mensibus, philosophiæ annos 3, theologiæ annos 4, factus in Collegio sacerdos. Discessit 21 Aprilis 1688: ivit Parisios et inde ad missionem ubi diu ob fidem in carcere detentus fuit. [Obiit St. Laurent. 15 Aug. 1722.]

1683.

215. 14 Maii. **Jacobus Thomson** diœcesis S. Andreæ. 14 Maii fecit juramentum, studuit Rhet. Phil. et Theol. annos septem, factus in Collegio sacerdos. Die 20 Junii 1690 discessit ex Collegio et postquam moratus fuisset per aliquot menses Romæ cum licentia Protectoris ivit in Gallias et inde in Angliam.

1684.

216. 30 Nov. **Valentinus Broun** diœcesis Laonensis. Præstitit juramentum die 20 Junii 1685: e Collegio discessit mense Septembris 1686 ad missionem Hiberniæ, habita facultate Em^mi^ Protectoris

et inde venit in Scotiam ubi fuit captus et per aliquot menses in carcere detentus.

217. 1 Aug. **Joannes Scot** Edinburgensis. Juramentum die 2 Februarii 1685 præstitit. Studuit Grammaticæ et litteris humanioribus per annos quatuor: sub finem Februarii 1689 e Collegio cum licentia Dni Protectoris decessit.

1686.

218. 17 Oct. **Alexander More** Orcadensis, annos 19 natus. Præstitit juramentum die 18 Aprilis 1687. Studuit gram: et litteris humanioribus annos 2, philosophiæ 3, theologiæ 4. Factus sacerdos, die 12 Aprilis 1695 ad missionem profectus est ubi diu missionarium egit.

219. 9 Nov. **Gilbertus Bourgh.** Die 10 Junii 1687 profectus est ante præstitum juramentum et dubitatum est de illius religione dum esset in Collegio.

1687.

220. Maii. **Robertus Campbell** Aberdonensis sub initium Maii 1687 Collegium ingressus præstitit juramentum die 25 Novembris: Studuit logicæ. Die 13 Junii 1688 discessit ob infirmam valetudinem judicio medicorum et mortuus est Parisiis juvenis vere Angelicus.

221. 16 Oct. **Jacobus Robertson** Dunkeldensis. Die 21 Februarii 1688 mortuus est in Collegio ante præstitum juramentum.

1688.

222. 13 Jun. **Gulielmus Stuart** Glasgoensis, annos 20 natus. Præstitit juramentum 29 Januarii 1689; studuit philosophiæ annos 3, casibus conscientiæ annos 3 factus in Collegio sacerdos. Die 13 Septembris 1694 ad missionem profectus est ubi diu laboravit in vinea Domini.

1689.

223. 3 Maii. **Jacobus Petrie** Dunkeldensis. Die 6 Novembris ejusdem anni ante præstitum juramentum discessit.

224. 3 Maii. **Joannes Pringle** diœcesis S. Andreæ. Die 4 Novembris juramentum præstitit. Studuit Logicæ et casibus conscientiæ

annos 2. Discessit 22 Septembris 1692 cum licentia Cardinalis Protectoris.

1690.

225. 10 Apr. **Joannes Macklean** diœcesis Argatheliensis. Sub finem Septembris 1690 ante præstitum juramentum discessit.

226. 10 Apr. **Georgius Adamson** diœcesis Moraviensis, ætatis anno 19. Juramentum die 29 Octobris præstitit; studuit philosophiæ annos tres, theologiæ quatuor. Discessit hinc 22 Aprilis 1697 Galliam versus, Sacerdos cum facultatibus et intentione eundi ad missionem in Scotia. (*In another hand.* Ivit ad missionem ubi mortuus est.) [Obiit Strathbogie 29 Maii 1707, ætat. 37.]

1691.

227. 19 Maii. **Jacobus Carnegie** diœcesis S. Andreæ, ætatis anno 22. Die 22 Decembris præstitit juramentum. Studuit philosophiæ annos duos cum dimidio. Discessit 11 Aprilis 1696 Galliam versus cum facultatibus ut iret ad missionem in Scotia. (*In another hand.* Ivit ad missionem.) [Obiit Edinb. 1 Jan. 1735, ætat 67.]

228. 20 Jun. **Gulielmus Bennet** diœcesis Glascoensis, ætatis anno 18. Juramentum 4 Januarii 1692 præstitit Studuit Logicæ et Physicæ annos duos. Discessit die 18 Aprilis 1693 in Galliam cum facultate Em^mi^ Protectoris.

1693.

229. 25 Mar. **Jacobus Kennedie** diœcis Aberdonensis, ætatis anno 33. Juramentum die 27 Septembris præstitit. Discessit ex Collegio Sacerdos cum facultatibus die 6 Maii 1698 iturus ad missionem. [Obiit Glenlivet 6 June 1704, ætat. 44.]

1694.

230. 29 Jul. **Robertus Gordon** diœcesis Moraviensis, ætatis anno 25. Fecit juramentum 1 Januarii 1695. Discessit hinc 20 Aprilis 1700 Sacerdos Galliam versus cum facultatibus eundi ad missionem. (*In another hand.* Mortuus in Missione.)

231. 3 Oct. **Andreas Deane** diœcesis S. Andreæ, ætatis anno 25. Juramentum 3 Aprilis 1695 fecit. Discessit hinc 13 Aprilis 1701

Galliam versus Sacerdos cum facultatibus et intentione eundi ad missionem in Scotia. (*In another hand.* Ivit ad missionem.)

1695.

232. 9 Jun. **Jacobus Paplay** diœcesis S. Andreæ, ætatis anno 27. Juramentum 9 Januarii 1696 præstitit. Discessit die 20 Aprilis 1702 sacerdos Galliam versus cum facultatibus et intentione eundi ad Missionem Scotiæ sed nescio quid mali quoad mores de ipso dictum est. (He was made Prefect at Paris. In 1704 went to the missions, and apostatized in 1705. *P. McPh.*)

233. 19 Jun. **Jacobus Gordon** Diœcesis Aberdonensis, ætatis anno 34. Juramentum 9 Januarii 1696 præstitit. Incidens in gravem morbum qui reddidit eum plane incapacem prosequendi studia dimissus est a Collegio 24 Septembris 1697.

1696.

234. 27 Jan. **Jacobus Clerk** Diœcesis Aberdonensis De Allen (?) Natus 28 Januarii 1663 venit Romam et ingressus est hoc Collegium 27 Januarii 1696. Discessit hinc 26 Julii eodem quo venit anno Galliam versus non præstito juramento. (I think he became a Religious. I find some letters with the name among those of 1698. *P. McPh.*)

1697.

235. 6 Nov. **Joannes Gordonus** filius Jacobi et Helenæ Gordon Conjugum Diœcesis Moraviensis 25 annos natus venit Romam 6 Novembris 1697 et eodem die ingressus est Collegium. Præstitit juramentum die 18 Maii 1698. Discessit 20 7bris 1701 iturus Parisios ut studia Theologica absolveret et se in Scotiam reciperet ad missiones. Ivit ad missionem. [Obiit 11 Feb. 1720, ætat. 48.]

236. 6 Nov. **Jacobus Ross** filius Thomæ Ross et Christinæ Dunbar conjugum Diœcesis Rossensis in Scotia 25 annos natus venit Romam 6 Novembris 1697 et eodem die ingressus est Collegium. Præstitit juramentum die 3 Maii 1699. Discessit hinc 14 Septembris 1699 annuente Ill^mo^ et Rev^mo^ D. Caprara, Vice-Protectore.

1698.

237. 30 Oct. **Georgius Ross** filius Alexandri Ross de Pitkery et Joannæ Monrho conjugum Diœcesis Rossensis 21 ætatis anno. Præstitit juramentum die 3 Maii 1699. Discessit hinc die 20 Februarii 1700 ob adversam valetudinem judicio medicorum sed cum animo prosequendi finem Collegii quantum per vires licebit.

238. 30 Oct. **Georgius Duglass** filius Colini Duglass et Elisabethæ Irvine Conjugum Diœcesis Rossensis ætatis anno 17. Præstitit juramentum die 3 Maii 1699. (He was called Dalgleish. He was nephew to Mr. Irvine, Cabrach. *P. McPh.*) Discessit hinc die 24 Aprilis 1706 diaconus cum facultate Ill^mi^ D^ni^ Caprara V. Protectoris Galliam versus et inde ad Scotiam ad Missiones ubi ab Ill^mo^ D^no^ Jacobo Gordon Episcopo ordinabatur sacerdos cum dictus Georgius in hoc Collegio compleverit studia Philosophiæ ac Theologiæ. (I suppose he was made priest in 1707 in the Highlands by Bp. Gordon—the first ordination in that country since the Reformation. *P. McPh.*) [Obiit Morar 29 Apr. 1731, ætat. 50.]

1699.

239. 6 Jun. **Jacobus Campbellus** ingressus est Collegium die 6 Junii 1699 ubi ad aliquot menses fuit convictor sed postea factus alumnus emisit juramentum die 31 Januarii 1700. Discessit hinc patriam versus die 5 Junii 1701 approbante Ill^mo^ D^no^ Caprara Vice-Protectore. Laborabat morbo qui illum reddebat ineptum ad studia prosequenda.

1700.

240. 27 Mar. **Jacobus Leslæus** Diœcesis Aberdonensis natus ex legitimo matrimonio D. Patricii Leslæi et D^æ^ Elisabethæ Keith. Discessit hinc die 16 Auguste 1701 Germaniam versus ut esset Ratisbonæ monachus: non emisit juramentum Collegii sed ut convictor reliquit obligationem solvendi pensionem.

241. 6 Jun. **Gregorius MacGregor,** natione Scotus Diœcesis Aberdonensis, ex legitimo matrimonio Malcolumbi McGregor et Mariæ Gordon filius, annorum octodecim. Emisit juramentum Collegii die 12 Decembris ejusdem anni. Discessit die 12 Maii

1705 cum facultate Illmi Dni Capraræ Vice Protectoris et quamvis patentes litteras optimas habuerit revera non optime se gessit in hoc Collegio factus monachus Vitzburg in Germania.

237 1 Nov. **Georgius Ross** reversus est Romam et iterum admissus in Collegium renovato iterum juramento: dicessit seu dimissus est detectis quibusdam impedimentis prosequendi finem Collegii 13 Junii 1701.

1701.

242. 28 Oct. **Andreas Hacket,** filius Davidis et Margaritæ Richardson coniugum Diœcesis Sancti Andreæ Letensis in Scotia, annorum viginti sex venit Romam vigesima octava die Octobris et eadem die ingressus est Collegium. Emisit iuramentum die 29 Aprilis 1702. Discessit ab hoc Collegio die 18 Aprilis 1708 reversurus in Scotiam ad missiones. Erat sacerdos et in Collegio nostro studuit Philosophiæ et Theologiæ annis septem. [Obiit 21 Maii 1751, ætat. 78.]

243. 2 Nov. **Joannes MackGregor,** filius Joannis et Elisabethæ Lauson coniugum Diœcesis Sancti Andreæ Edimburgensis in Scotia, annorum viginti quatuor Romam die secunda Novembris et eadem die ingressus est Collegium. Fuit dimissus sine ulla eleemosina anno 1702 die 9 Junii eo quod male se gessit non emisso juramento.

1702.

244. 14 Nov. **Petrus Reid,** filius Alexandri Reid et Isabellæ Blebars coniugum Diœcesis Brichenensis in Scotia, annorum viginti quatuor venit Romam decimo quarto Novembris et eadem die ingressus est Collegium. Emisit iuramentum die 17 Maii 1703. Discessit die 4 Aprilis 1709 cum facultate Emi Cardinalis protectoris reversurus in Scotiam ad missiones: erat sacerdos et in hoc nostro Collegio studuit 7 annis philosophiæ et theologiæ. [Obiit Preshome, 27 Nov. 1726.]

1703.

245. 26 Mar. **Jacobus Stevans,** filius Gulielmi Stevans et Elisabethæ Faulds coniugum Diœcesis Glasguensis in Scotia, annorum octodecim. Emisit iuramentum die 22 Septembris 1703. Dis-

cessit die 8 Julii 1707 cum facultate Emi: Cardinalis Protectoris, vocatus in Scotiam ab Illmo et Revdmo Episcopo Vico Apostolico, ut illum melius disponeret ad Missiones. A Sacra Congre obtinuit facultatem ingrediendi Religionem 28 Apr. 1710 mediante Do Guillielmo Stuart Agente partes procuratoris pro Clero Scoticano et Emmo protecte Card: Sacripanti.

246. 12 Oct. **Jacobus Gibb,** filius Patritii Gibb de Fittemyre, et Annæ Gordon Aberdonensis, annorum viginti unius cum dimidio. Sub finem Augusti 1704 discessit, quia noluit præstare iuramentum, licet bis, etiam de consensu Illmi Dni Secretarii de Propaganda Fide obtinuerit facultatem prorogandi tempus præstandi iuramentum, tamen noluit præstare.

1705.

247. 27 Oct. **Franciue Bours,** filius Alexandri Bour, et Carolæ Starlin coniugum Diœcesis Bröchinensis, annorum octodecim. Emisit iuramentum die 24 Junii 1706. Completo tertio anno Theologiæ decessit die tertio Apr. 1711 Scotiam versus animo sumendi ibi Sacros Ordines a Vicario Aplco cum consensu Emmi Carlis protectoris.

248. 4 Nov. **Robertus Gordonus,** filius Willelmi Gordonii et Isabellæ Davidson coniugum Diœcesis Aberdonensis, annorum octodecim. Emisit iuramentum die 24 Junii 1706. Sacerdos decessit ad missionem completo 3 anno Theologiæ cum facultate Superiorum die ii Apr. 1712 Studuit in hoc nro Collegio 7 annis phil. et Theol. et utriusque scientiæ publicas theses defendit in Collo Romano præcipue Theol. dedicatas Emmo Sacripanti protectore. Suspectus de Jansenismo.

1709.

249. 9 Feb. **Alexander Paterson,** filius Guiliellmi Paterson et Maisdræ Stuart Coniugum Diœcesis Bamfiensis annorum 23. Emisit iuramentum die 10 Augusti 1709. Discessit Sacerdos completis studiis ad Missionem die 7 Junii 1716. [Obiit Huntly, 16 Feb. 1747.]

250. 9 Feb. **Clemens Rigg,** filius Jacobi Rigg et Elisabethæ Wright coniugum Diœcesis Candidæ Casæ, annorum 20. Emisit iura-

mentum die 10 Augusti 1709. Vitam piam et exemplarem cum beata morte, ut pie credendum est, commutavit die 16 Apr. 1710 et sepultus est in ecclesia Collegii cum vestibus alumni peracto officio cantato, et sacrificiis pluribus dictis pro anima eius.

251. 9 Feb. **Patricius Bours,** filius Alexandri Bours et Carolæ Stirling coniugum, Diœcesis Brochinensis, annorum 16. Emisit iuramentum die decimo Augusti 1709. Discessit Sacerdos completis studiis ad Missionem die 6 Aprilis 1717.

1710.

252. 7 Feb. **Georgius Gordon,** filius Alexandri Gordon et Annæ Lumsdel coniugum Diœcesis Moravensis, agens annum 16. Emisit iuramentum 10 Augusti 1710 die sacro S. Laurentii. Discessit 21 Aprilis 1716 iam Subdiaconus et in secundo anno Theologiæ Scotiam versus ex licentia Emi Protectoris ad valetudinem recuperandam.

253. 7 Feb. **Carolus Innesius,** filius Francisci Innes et Joannæ Metlin coniugum, Aberdonensis, agens annum 16. Emisit eodem die sacro S. Laurentii iuramentum. Die 21 Octobris 1714 dimissus postquam operam dederit per annos 3 Philosophiæ, perrexit Parisios.

1711.

254. 2 Apr. **Alexander Joannes Grant,** filius Petri Grant et Annæ Reid coniugum, Banfiensis, agens annum 17 ingressus est Collegium die 2^do^ Apr. 1711. Emisit iuramentum festo omnium Sanctorum. Die 5 Junii 1719 Sacerdos completis studiis ad Missionem profectus.

255. 2 Apr. **Alexander Grant,** filius Alexandri Grant et Margaretæ Gordon, Banfiensis, agens annum 17. Emisit iuramentum eodem die. Die prima Junii 1720 Sacerdos completis studiis ad Missionem profectus.

256. 2 Apr. **Joannes Tyrie,** filius Davidis Tyrie de Dennedir et Annæ Meigness coniugum, Aberdonensis, agens annum 15, natus mense Junii. Emisit iuramentum eodem die quo alii duo supradicti emiserunt. Die 5 Junii 1719 sacerdos tertio Theologiæ anno ad Missionem profectus. [Obiit Shenval, 19 Maii 1755.]

1712.

257. 1 Apr. **Patricius Leith,** filius Patricii Leith de Harthill et Joannæ Ogilby coniugum, Aberdoniensis, agens annum 24, natus die SS. Innocent. Emisit iuramentum 2^do^ Oct. fest. Ang. Custod. Discessit Sacerdos ad Missionem die 20 Aprilis 1719. Suspectus de Jansenismo. [Obiit London, 5 Maii 1760.]

258. 1 Apr. **Guillielmus Shand,** filius Joannis Shand et Margaritæ Shearer coniugum, Aberdonensis, agens an. 23. Emisit iuramentum 2^do^ Oct. 1712 festo die Angel Custod. Die 5^a^ Junii 1719 ad Missionem Sacerdos completis studiis profectus. [Obiit Aberd. 27 Sept. 1741.]

1713.

259. 30 Jan. **Joannes Mackdonald,** filius Alexandri Mackdonald de Inverlair et Christinæ Mackdonald coniugum, Diœcesis Loquabriensis, agens annum vigesimum primum. Emisit iuramentum die 31 Julii eiusdem anni. Die 18 Maii discessit completis studiis ad Missionem Sacerdos. [Obiit 25 Dec. 1761.]

1715.

260. 13 Nov. **Alanus Mackdonaldus,** filius Alexandri de' Mackdonald Domini Stonybridge et D^ae^ Ziles Macdonald conjugum, Diœcesis Insularum, agens annum decimum nonum. Emisit iuramentum die 13 Maii 1716. Die 23 Septembris 1721 discessit cum facultate Eminent^mi^ Card^lis^ Protectoris Scotiam versus, postquam operam dederit secundo anno Theologiæ. Anno 1727 rediit Romam et petiit iterum admitti. Sed Card. Falconerius Protector constantissime restitit, ne perniciosum eiusmodi exemplum primò daretur. Porrexit memoriale Papæ sed nihil actum. Perrexit in Hispaniam.

261. 13 Nov. **Joannes Macklachlan,** filius D. Donaldi Macklachlan et Beatricis Campbell conjugum, Diœceseos Argathelensis, annum agens 23. Emisit juramentum die 13 Maii 1716. Discessit 16 Februar. 1718 cum facultate Emi Protectoris Scotiam versus propter infirmam valetudinem.

1717.

262. 7 Apr. **Jacobus Tyrius,** filius Davidis Tyrii de Dennedir et Annæ Meigness, coniugum, Aberdonensis, natus mense Novembri die 6° anno 1700. Juramentum emisit die 8 Dec^ris^ 1717. Die 24 Februarii 1725 discessit ad Missionem iam Sacerdos, studiis absolutis. Factus Apostata.

263. 3 Oct. **Nilus Macfie,** filius Donaldi Macfie et Marianæ Wright conjugum de Suduiest, Diœcesis Insularum natus mense Maio 1702. Emisit Juramentum die 8 Maii 1718. Die 1^ma^ Aprilis discessit ad Missionem studiis absolutis, iam Sacerdos. [Obiit Jan. 1774, ætat. 72.]

264. 5 Oct. **Alexander Mackdonel,** filius Donaldi Mackdonel et Catharinæ Maclean, Diœcesis Gallovidiensis, natus mense Martio 1698. 1^a^ Nov^ris^ 1718 juram^tum^ emisit. Die 25 Maii 1722 discessit cum facultate Em^mi^ Protectoris Scotiam versus in 2^do^ anno Philosophiæ propter infirmam valetudinem. Obiit.

1718.

265. 14 Oct. **Jacobus Harvey,** Alexandri Harvey et Mariæ Collinson, Diœcesis Aberdonensis, natus mense Junio die 8^a^ St. Vet., ab Heresi conversus dum studeret Philosophiæ in eadem Universitate Aberdonensi. Die 19 Junii 1719 dimissus non prestito juramento.

1721.

266. 2 Jan. **Joannes Godesman,** filius Joannis Godesman et Margaritæ Grant coniugum, Diœceseos Moravien, natus mense Junio annum agens 22 ab Hæresi conversus. Emisit juramentum die 13 Julii 1721. Die 8 Maii 1730 discessit ad Missiones iam Sacerdos anno 4° Theologiæ. Diu summa sanctitate et diligentia laboravit in missione. Mortuus est apud Fochabers in odore sanctitatis anno 1769, ni fallor. [Obiit Auchinhalrig, 1 Apr. 1769, ætat. 70.]

267. 2 Jan. **Jacobus Leslie,** filius D. Joannis Leslie et Joannæ Gordon conjugum, Diœceseos Aberdonen., natus 10 Maii 1703, annum agens 18 ab hæresi conversus. Juramentum emisit 13 Julii 1721. Die 19 Aprilis 1729 discessit ad Missiones iam Sacerdos anno tertio Theologiæ cum licentia Em^mi^ Protectoris.

268. 2 Jan. **Jacobus Duffus,** filius D. Georgii Duffus et Annæ Gordon conjugum, Diœceseos Moravien., annum agens 18. Juramentum emisit die 13 Julii 1721. Die 26 Martii 1731 discessit ad missiones iam Sacerdos anno 4° Theologiæ. (He was long an exemplary missionary in Scotland and died in repute of sanctity.) [Obiit. Balnacraig, 21 Mar. 1762.]

269. 2 Jan. **Lachlanus MacIntosh,** filius D. Duncani MacIntosh et Helenæ Gordon conjugum, Diœceseos Moravien., natus die 12 Julii 1704, annum agens 17 ab Hæresi conversus. Juramentum emisit die 30 Maii 1723. Die 5 Septembris 1726 discessit cum facultate Em^mi^ Protectoris post 1^m^ Philosophiæ annum ob pertinacem capitis dolorem cui curando Medici nativum ærem necessarium censuerunt. Susceperat 1^am^ tonsuram et 1^os^ duos ordines minores ut in lib. ordinationum.

1722.

270. 11 Jun. **Alanus Mackdonaldus,** filius Æneæ de Mackdonald Domini de Scottos et Matris Florentiæ Mackleode, Diœcesis Invernensis, natus ex Patre Catholico et ex Matre post matrimonium contractum ad fidem conversa, annum agens 27. Juramentum emisit die 30 Maii 1723. 31 Augusti 1727. Discessit seu verius dimissus est e Coll° cum facult^e^ Em^mi^ Protectoris ob indolis indocilitatem quae illum reddebat prorsus ineptum Coll° et Missioni. Reliquit obligationem in scriptis restituendi Coll° alimenta et Viaticum, nisi susciperet sacros ordines et serviret Missioni ad forman Juram^ti^. Susceperat ordines minores ut in libro Ordinationum.

271. 11 Jun. **Reginaldus Mackdonaldus,** filius Joannis de Mackdonald Dñi Gerlochnivesh et matris Marioræ Cambron, Diœcesis Invernensis, ex Patre Catholico ex matre post matrimonium ad Fidem conversa, annum agens 14. Juramentum emisit die 30 Maii 1723. 7 Augusti 1729 dimissus est iubente Em° Protectore propter unum ex casibus propter quos debent omnino dimitti nimirum propter gravem percussionem. Reliquit eamdem obligationem in scriptis quam reliquit Alanus. Absoluerat secundum annum Theologiæ. Susceperat omnes ordines minores.

1726.

272. 16 Jan. **Jacobus Grant,** filius D. Petri Grant et D. Annæ Reid Banfiensis, Dicec. Moraviensis, ex parentibus Catholicis natus . . . Julii 1706 baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum 25 Julii 1726. Die secundo Maii discessit ad Missionem studiis absolutis iam Sacerdos 1734. Postea ad Dignitatem Episcopalem est promotus. Mortuus Aberdoniæ an. 1778.

273. 16 Jan. **Petrus Grant,** filius D. Joannis Grant Dñi de Blairfindie et D. Helenæ Anderson Catholicorum, Dicec. Moraviensis, natus die 15 Augusti 1708, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 25 Julii 1726. Die 13 Martii discessit ad Missionem quarto Theologiæ anno absoluto iam Sacerdos 1735. Mortuus Romæ ubi diu agebat procuratoris munus pro missionibus Scotiæ. [1 Sept. 1784.]

1727.

274. 18 Sept. **Alexander Forester,** filius D. Alexandri Forester et D. Christinæ Mackenzie de Cullenald Dicœcesis Rossensis ex parentibus Hæreticis natus 6 Augusti 1701, baptizatus et confirmatus. Conversus fuit ad fidem Catholicam Parisiis an. 1726. Emisit iuramentum die 9 Junii 1728 ad quem usq. diem protractum fuit iussu Emin^mi^ D. Card. Protectoris. Die 24 Aprilis discessit ad missionem studiis absolutis jam Sacerdos 1732. Diu laboravit in vinea Domini. [Obiit in Uist, 1780.]

1728.

275. 2 Nov. **Carolus Cruckshank,** dicec. Aberdonensis, filius D. Georgii Cruckshank de Robiston et D. Annæ Stuart coniugum Catholicorum, natus die 8 Januarii 1724, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 1^mo^ Maii 1730. Die 17 Maii 1739 discessit ad missionem studiis absolutis jam Sacerdos. Mortuus Edinburgi an. 1789. [13 Maii 1788.]

276. 2 Nov. **Carolus Gordon,** dicec. Aberdonensis, filius quon. D. Adami Gordon de Mill of Smithston et D. Joannæ Gordon of Gallachys coniugum Catholicorum, natus die 11 9mbris 1714, et baptizatus. Emisit iuramentum die 16 Julii 1730. Confirmatus est ab Ill^mo^ et Rever^mo^ Dño Vicesgerente in domestico ipsius Sacello Sus-

ceptore Alex^dro Forrester die 24 Junii 1731. Discessit Patriam versus ob infirmam valetudinem circa diem 28 Junii an. 1737.

1730.

277. 1 Oct. **Aeneas Mack Gillis,** e Diœcesi Ergadiensi in Scotia, ex Parentibus Catholicis natus baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 1^mo Aprilis 1731. Die 9 Septem. 1740 discessit ad Missiones studiis absolutis jam Sacerdos.

278. 1 Oct. **Joannes Gordon,** diœcesis Moraviensis in Scotia, ex parentibus catholicis natus, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 25 Aprilis anno 1734 ad quem usque diem protractum fuit iussu E^mi Protectoris. Die 9^a Junii 1741 discessit ad Missiones Scotiæ cum facultate Eñi Protectoris sub finem 3^ii Anni Theologiæ jam Sacerdos.

279. 1 Oct. **Georgius Gordon,** diœcesis Moraviensis in Scotia, ex Parentibus Catholicis natus, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 25 Aprilis 1734 ad quem usque diem protractum fuit iussu Eñi Protectoris. Die 11 Aprilis 1742 discessit ad Missionem studiis absolutis iam Sacerdos. Ob malam vitam a missione dimissus.

1732.

280. 12 Jan. **Gualterus Elliot,** diœc. S. Andreæ, filius Guilielmi Eliot et Isabellæ Ogilby conjugum hæreticorum, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 12 Junii 1732. Die 18 circiter Maii 1737 discessit consilio Medicorum ob infirmam valetudinem in Patriam sine ordinibus Sacris. Factus apostata.

281. 12 Jan. **Alexander Godsman,** diœc. Moraviensis, filius Jacobi Godsman et Henriettæ Dumbar coniugum Catholicorum baptizatus tantumodo. Emisit Juramentum die 25 Aprilis 1734 ad quem usque diem dilatum est Jussu Emi Protectoris. Confirmatus in Basilica Lateranensi ab Ill^mo et Rm^o Lambertini die 12 Junii 1735, susceptore Aenea Macgillis. Die 11 Aprilis 1742 discessit ad Missionem studiis absolutis jam Sacerdos. [Obiit Fochabers, 1770.]

1733.

282. 15 Oct. **Guilielmus Henderson,** diœc. Moraviensis, filius Joannis Henderson de Coutfield heretici et Isabellæ Stuart Catholicæ

conjugum, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 15 Aprilis 1734. Die 16 Februarii 1737 discessit ad Missionem studiis absolutis jam Sacerdos.

283. 2 Nov. **Guillelmus Reid,** dicec. Aberdonensis, filius Alexandri Reid Catholici et Isabellæ Shand hæreticæ conjugum, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 9 Maii 1734. Natus 19 Junii 1712. Die 19 Maii 1739 discessit ad Missionem anno 3° Theologiæ cum facultate Emi Protectoris ob infirmam valetudinem iam Sacerdos. Mortuus Aberdoniæ 1785. [26 Mar.]

1737.

284. 28 Maii. **Joannes Campbell,** dicœces. Argatheliensis, filius D. Mauritii Campbell et D. Joannæ Maclean conjugum Hæreticorum, baptizatus et confirmatus; anno ætatis 26. Die 2ª Augusti 1740 dimissus fuit jussu Emi Protectoris non præstito juramento, cujus præscriptum tempus prorogandi licet obtinuisset facultatem a Sª Congregne Propagandæ Fidei, tamen noluit praestare.

1738.

285. 12 Sept. **Dugaldus Macdonald,** dicec. Insulanensis, filius D. Dugaldi Macdonald Catholici et D. Catharinæ Maclean ad Catholicam fidem post matrimonium conversæ conjugum, natus mense Decemb. 1719 vel 1720. Emisit Juramentum 15 Augusti 1739 jussu Emi Protectoris protractum. Die 14 Maii 1748 discessit ad Missionem mensibus septem post absolutum 4 Theologiæ annum propter difficilem reditum in Scotiam, veniente persecutione, discessitque Sacerdos. Missionarius egregius obiit post triennium confectus laboribus ob studium propagandæ religionis. [1 Oct. 1751.]

286. 12 Sept. **Alexander Macdonald,** dicec. Insulanensis, filius D. Æneæ Macdonald Catholici et D. Annæ Macdonald Hæreticæ conjugum natus annos 18 vel 19. Emisit Juramentum 15 Augusti 1739 protractum jussu Emi Protectoris. Die 23 Julii 1747 discessit ad Missionem anno 4: Theologiæ Sacerdos.

287. 12 Sept. **Reginaldus Macdonald,** filius D. Æneæ Macdonald et Catharinæ Macgregor Conjugum Catholicorum. Die 17 Sep-

tembris 1739 nondum præstito juramento patriam versus sua sponte discessit.

1740.

288. 16 Nov. **Aeneas Macdonald,** diœcesis Lismorensis ex Patre hæretico ad fidem deinde converso et Matre Catholica legitime natus die . . . anno 1726; baptizatus: conversus fuit ad fidem Catholicam in sua Patria mense Decemb. anni 1739 et confirmatus. Emisit Juramentum die 6 Januarii 1744 protractum iussu Emi Protectoris ob incertam ætatem. Die 21 Aprilis 1752 discessit ad missionem Sacerdos, studiisque omnibus de more absolutis.

289. 16 Nov. **Joannes Mackdonel,** diœcesis Insulanensis ex Patre Catholico, Matre hæretica ad fidem deinde conversa legittime natus die . . . baptizatus et confirmatus. Die 5ª Februarii 1744 nondum præstito juramento propter incertam ætatem, cum facultate Emi Protectoris sua sponte discessit.

1741.

290. 6 Maii. **Robertus Grant,** diœcesis Moraviensis ex Catholicis Parentibus legittime natus die . . . anno 1721 baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 29ª Novembris 1741 protractum per mensem jussu Emi Protectoris. Die 7 Julii 1749 discessit ad Missionem Sacerdos, absoluto cursu Theologico et cum facultate Emi Cardis Rivera Protectoris. Diu laboravit in missione; postea Rector Collegii Scotorum Duaci, et mortuus Londini an. 1784 quo ad recuperandam valetudinem se contulit paucis ante mensibus.

1742.

291. 10 Apr. **Gulielmus Gordon,** diœcesis Aberdoniensis ex Catholicis Parentibus legitime natus anno 1722: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 30 Novembris 1742: protractum per mensem circiter cum dimidio jussu Emi Protectoris. Die 15 Septembris 1751 discessit ad Missionem absoluto cursu Theologico cum facultate Emi Cardis Rivera Protectoris. Biennium substitit in Collo confecto cursu Theologico, nec nisi coacte discessit: suum domicilium fecit Lauretanam domum et ibi mortuus.

1743.

292. 21 Mar. **Alexander Mackdonald,** dicœcesis Insulanensis ex Patre Catholico et Matre ad fidem Catholicam conversa legitime natus die . . . anno 1725, baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 6 Januarii 1744: protractum jussu Emi Protectoris ob incertam ætatem. Die 30 Aprilis 1753 discessit ad Missionem confecto cursu Theologiæ Moralis cum facultate Emi Protectoris.

293. 21 Mar. **Joannes Mackdonald,** dicœcesis Insulanensis ex Patre hæretico et Matre ad Fidem Catholicam conversa legitime natus die . . . anno 1727: baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 21 Junii 1744: protractum jussu Emi Protectoris propter incertam ætatem. Die 30 Aprilis discessit ad Missionem confecto cursu Theologiæ Scholasticæ cum facultate Emi Protectoris. Postea factus est Episcopus Tiberiopolitanus in Partib. Infid. et Vicarius Apost. in Scotia. Mortuus an. 1779.

1748.

294. 27 Maii. **Charolus Arschine,** Novennis natus Romæ die 16 Februarii Anno 1739: ex Patre Scoto Colino Arschine Catholico et Matre Romana Agatha Gigli ad instantiam serenissimi Regis Magnæ Brittanniæ et Emmi Cardis Regis eiusd. Filii: Baptizatus sed nondum confirmatus ingressus est hoc Collegium. Confirmatus fuit ab Illmo et Revm Do Ferdinando de' Rubeis Vicesgerente in suo sacello domestico Dominica die in Albis 13 Aprilis ano 1749 susceptus in confirmatione a Cardi Duce Eboracensi per P. Laurentium Alticotium S. J. Rectorem Collegii Scotorum vicesgerentem ex mandato Eminentissimi Susceptoris. Die 4 Novembris anno 1753 dimissus e collegio sine ullis expensis, quod post dilationem a Summo Pontifice Benedicto XIV impetratam, ingrediendi causa religionem nec religionem ingredi nec debito iureiurando obstringere se voluerit. Postea S. R. E. Cardinalis et Collegii Protector: obiit Lutetiæ Parisiorum anno 1811.

1750.

295. 6 Feb. **Guglielmus Guthry,** dicœcesis Aberdon. ex parentibus Hereticis legitime natus die 4 Augi anno 1728 et ad Catholicam fidem conversus anno 1746: baptizatus et confirmatus. Emisit

iuramentum die 31 Julii an. 1750. Die 19 Aprilis 1759 discessit ad Missionem absolutis Studiis Theologiæ Dogmaticæ et Moralis cum facultate Em^mi Protectoris, Sacerdos. mortuus in Mortlach anno 1795. [1 Maii.]

296. 6 Feb. **Joannes Geddes,** diœcesis Aberdonen. ex parentibus Catholicis legitime natus die 29 Julii an. 1735: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 31 Julii 1750. Die 19 Aprilis 1759 discessit ad missionem Sacerdos absolutis studiis Theologiæ Scholasticæ Dogmaticæ et Moralis cum facultate Em^mi Protectoris. Anno 1780 in Festo S. Andreae consecratus est Episcopus Marrochiensis ab Epo Toletano Matriti et mortuus Aberdoniæ 11 Februarii 1799.

1751.

297. 22 Feb. **Rodericus Mackdonal,** diœcesis Insulanen. ex parentibus Catholicis legitime natus die . . . anno 1734, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 22 Augusti anno 1751. Die 21 Octobris cum mania laboraret media nocte fugiens per tecta visum a se mentis ludibrio incendium e summo domus fastigio decidit et paulo post decessit in villa rurali et sepultus est in Ecclesia Monastica Cryptæ Ferratæ. Eadem die cum alumnis ceteris Sacram Eucharistiam sumpserat cum esset suæ mentis tribus ante diebus optime compos.

298. 15 Mar. **Joannes Makdonell,** diœcesis Rossensis ex parentibus Catholicis, legitime natus verna tempestate, (nam ignoratur dies) anno 1734, baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 15 Septembris ann° 1751. Die 14 Augusti 1755 ex medicorum consilio iussuque Em̃i Protectoris valetudinis causa absoluto studio Rhetoricæ discessit ad Parisiense Scotorum Collegium, ut in eo absolutis studiis et Sacerdotio initiatus se ad Scoticam Missionem conferat: soluta ei sunt pro viatico scuta quinquaginta quinque caritatis causa ex indulgentia Em^i Protectoris. Ob infirmam valetudinem potuit fieri miles, missionarius fieri non potuit.

299. 10 Sept. **Georgius Halus,** diœces. Hedemburg ex Parentibus hæreticis ad Ecclesiam Catholicam revocatus ab heresi Cal-

viniana natus die 24 Aug^{i} ann^{o} 1729: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 10 Martii an^{o} 1752. Die 19 Aprilis 1759 cum facultate Em^{mi} Protectoris discessit ad missionem Sacerdos absolutis studiis Theologiæ Scholasticæ Dogmaticæ et Moralis. Postea factus Epūs Dauliens et Vic. Aplicus in Scotia. Mortuus in suo seminario Aquhortis 15 Febrij 1811.

1752.

300. 12 Feb. **Cosmus Stuart,** diœcesis Aberdonen. ex parentibus Catholicis legitime natus die 30 Aprilis anno 1737: baptizatus et confirmatus. Die 9: Aug. 1752 dimissus discessit quia noluit se debito jurejurando obstringere quod in primo ingressu declaravit; ob eamque causam nullum fuit ei solutum viaticum nec pro accessu nec pro recessu.

1753.

301. 16 Aug. **Joannes Reid,** diœcesis Moraviensis ex parentibus Catholicis legitime natus die 2 Februarii an: 1739: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum 16: Feb: 1754: Die 6: Maii 1764 discessit ad Missionem absolutis studiis Philosophicis Theologicis et Dogmaticis cum facultate Em^{mi} Protectoris. Mortuus est Aberdoniæ mense Jan. anno 1816.

1754.

302. 20 Jan. **Alexander Macdonald,** diœcesis Insulanen: ex parentibus Catholicis legitime natus anno 1736: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum 20: Jul: an. 1754. Die 27 Aprilis 1765 discessit ad Missionem absolutis studiis Philosophicis, Theologicis et Dogmaticis cum facultate Em^{mi} Protectoris. Anno 1780. Dom: Passion: factus est Episcopus Polemonensis et Vicarius Apostolicus in Montanis Scotiæ et mortuus anno 1791.

303. 20 Jan. **Jacobus Macdonald,** diœcesis Insulanen. ex parentibus Catholicis legitime natus anno 1736: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum 20 Julii an: 1754. Die 27 Aprilis 1765 discessit ad missionem absolutis studiis Philosophicis Theologicis et Dogmaticis cum facultate Em^{mi} Protectoris; mortuus in Insula S. Johannis in America [anno 1786].

1757.

304. 13 Mar. **Alanus Makdonald,** diœcesis Insulanen. ex parentibus Catholicis legitime natus autumno tempore anno 1742: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum 8: Septemb. 1758: Die 19 Maii 1767 iussu Em^mi Protectoris sacerdotio initiatus discessit ad Missionem absolutis studiis philosophicis et fere Theologicis et Dogmaticis, cum esset tertii anni Theologiæ, bonæ indolis et ingenii. Mortuus in America.

305. 13 Mar. **Augustinus Makdonald,** diœcesis Insulanen. ex parentibus Catholicis legitime natus verno tempore anno 1744: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 8 Septemb. 1758: utrique protractum ab Em^mo Card. Spinelli Protect: ob imbecillitatem ætatis. die 24 Martii 1769 cum facultate Em^mi Protectoris Sacerdotio initiatus discessit ad Missionem absolutis studiis Philosophicis et 4ti anni Teologicis, et Controvers: bonæ indolis, ingenii, et morum. Mortuus in America.

1759.

306. 23 Nov. **Alexander Kennedy,** diœces. Dunkelden. ex parentibus hæreticis baptizatus sed non confirmatus et 23 annos natus. Conversus ad fidem catholicam anno 1755. Emisit iuramentum die 25 Maii 1760 sacro Pentecostes die ad eum protractum ab Em^mo Protectore. Die 27 Aprilis 1765 discessit ad Missionem absolutis studiis Philosophicis inchoatis Dogmaticis et Theologicis, adhuc subdiaconus, ter per Literas prohibitus Presbyter a Vicariis Apostolicis in Scotia et semel a Patre Rectore propter contumeliosa verba non semel prolata contra suos moderatores et ipsum Patrem Rectorem. Postea anno 1767 Romam rediit suscipiendi causa Diaconatum et Presbyteratum, sed frustra cum non posset secum afferre Litteras dimissoriales a supradictis Aplicis Vicariis denegatas, unde in Scotiam rediit cum D. Alano Macdonald Alex^o Macdonell et Joanne Tomson 29 [19] Maii 1767. Factus tamen Sacerdos. ut egregius missionarius evasit sed paucis vixit post sacerdotium annis. [Obiit Arisaig, 11 Jul. 1773.]

307. 23 Nov. **Alexander Makdonell,** diœces. Insulan. legitime natus ex Ænea Macdonell Catholico et Matre Catarina MakLeod hæretica baptizatus et confirmatus natus annos 19. Emisit iura-

mentum 25 Maii 1760 sacro Pentecostis die ad eum protractum ab Em^mo^ Protectore. Die 19 Maii 1767 iussu Em. Protectoris Sacerdotio initiatus discessit ad Missionem absolutis studiis philosophicis et fere Theologicis et dogmaticis, cum esset secundi anni Theologiæ, bonæ indolis, optimi ingenii et habilitatis. Mortuus in America.

308. 23 Nov. **Joannes Thomson**, dicœces. Aberdonien. legitime natus ex Catholicis parentibus Guillelmo Thomson et Joanetta Barclay annos natus 17: baptizatus et confirmatus. Die 19 Maii 1767 iussu Em^mi^ Protectoris Sacerdotio initiatus discessit ad missionem, absolutis studiis philosophicis de quibus anno 1766 publicam cum laude sustinuit disputationem et inchoatis Theologicis et Dogmaticis, quæ per se poterat absolvere cum esset pm̄i anni Theologiæ, bonæ indolis, optimi ingenii habilitatis et diligentiæ. Mortuus Neapoli anno 1792 quo valetudinis causa se contulit ex Urbe ubi ab an. 1782 Procurator missionum Scotiæ fuit.

1761.

309. 10 Feb. **Joannes Reid**, dicœcesis Moraviensis legitime natus die 15 Martii anno 1747 ex parentibus catholicis Alexandro Reid et Johanetta Reid: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die 8 Maii 1763 ab Em^o^ Protectore ob imbecillitatem ineuntis ætatis protractum: obiit sancte pie et cum omnium admiratē ac edificāne 30 Maii: 1768 circa horam . . . noctis. Mors ex phtisi et scorbuto (ut vocant): sepultus intra septa Altaris maioris in sepultura a cornu epistolæ. In̄ studiis Metaphc̄is, expositus in Ecclā cum suppelliceo; habebat ordines minores.

1763.

310. 6 Jan. **Clemens Stuart**, ex Batavia legitime natus die 29 Septembris anno 1746: ex Scotis Parentibus hæreticis Charolo Stuart et Elisabet. Jethon baptizatus confirmatus et ad fidem conversus. Die 3 Martii 1764 discessit Neapolim ob infirmam valetudinem non emisso iuramento stipendia facturus inter Tyrones Legionis Irlandicæ.

1764.

311. 22 Dec. **Joannes Gordon**, dicœcesis Moraviensis, legitime natus die 29 Maii anno 1747 ex parentibus Catholicis Johanne Gordon

et Johanna Neer: baptizatus confirmatus. Emisit Juramum 21 Junii 1765. Die 3 Maii 1774 discessit iussu Emi Protectoris Sacerdotio initiatus ad Missiones absolutis studiis tam Philosoficis quam dogmaticis laudabiliter, pietate ingenioque præclarus. Mortuus in Hispania ubi diu rexit Collegium Scotorum Vallisoleti. Obiit an. 1811.

312. 22 Dec. **Alexander Kameron,** diœcesis Aberdoniensis, legitime natus die 8 Augusti 1747 ex parentibus Catholicis Jacobo Kameron et Margoria Makientosh: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die pma Junii 1765. Discessit e Collegio 30 Aprilis 1772 Sacerdos, fere absolutis studiis Theologicis: optimæ capacitatis et ingenii: prudentia, morum probitate superioribus charus, dignus propterea qui a sacra Congregne præ oculis haberetur. Postea Epus maximianopolitanus et Vicus Aplicus in Scotia. Edinburgi 8 Febru. 1828 e vita decessit.

1765.

313. 1 Dec. **Æneas Mac-Ghillis,** diœcesis Insulensis legitime natus die . . . Octobris anno 1745 ex parentibus Catholicis Duncano Mac-Ghillis et Catharina MacEachen, baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum die pma Junii 1766. Discessit e Collo 30 Aprilis 1772 Sacerdotio initiatus morum probitate et obedientia erga superiores laude dignus. Theologiæ per annum dedit operam, morali vero per annum cum dimidio ratione exiguæ capacitatis et ingenii, daturus bonum exemplum Catholicis, mortuus initio 1812.

314. 1 Dec. **Joannes Mac-Neil,** diœcesis Insulanensis, legitime natus die pa Maii anno 1747 ex parentibus Catholicis Ectore Mac-Neil et Catharina Campbel: baptizatus et confirmatus. Emisit iuramentum prima Junii 1766: discessit e Collo 15 Julii 1769 consilio Medicorum ne penitus oculorum lumen amitteret, ob guttam, ut vocunt, serenam. Juvenis bonæ indolis et capacitatis, quietus, modestus, et studio deditus. Faxit Deus ne cæcus evadat in utroque oculo: brevi postea mortuus.

1768.

315. 22 Oct. **Jõ Farquharson,** diœc. Aberdonensis legitime natus ex Parentibus Catholicis Gregorio Farquharson et Christina Farqu-

arson, baptizatus et confirmatus, juxta litteras datas a Vicario Aplic̄o Scotiæ D. Petro Grand Agenti hic Romæ sub die prima Julii 1768. Emisit juramentum die 14 Maii 1769 Sacra die Dominica Pentecostes. Discessit e Coll^{o} 15 Julii 1769. Consilio Medicorum qui judicarunt necessarium eius discessum, eo quod ad Phtisim propensus jam ad maciem redactus. Juvenis optimæ indolis et capacitatis, et ingenii, modestus, quietus parcus in loquendo, et ad studium multum deditus, et ad pietatem. Factus Sacerdos Duaci. et mortuus Parisiis 9 Junii 1811.

316. 22 Oct. **Franciscus MacDonald,** dioec. Insulanensis legitime natus ex Parentibus Cattolicis ex Donald MacDonald et Christina Macdonald baptizatus et confirmatus juxta litteras ut supra. Natus vero . . . Obiit pie susceptis Ecclāe Sac̄mentis 26 Julii circa horam 23½. Mors ex Confluentia Pustularum. Italice norviglioni, et ex febri putrida, sepultus intra septa Altaris Majoris in sepultura a Cornu Epistolæ. Etatis annorum fere 13: in studiis Grammaticus et magni ingenii, Capacitatis, et bonæ indolis, fuit expositus cum Vesta Alumnali biretoque sine superpelliceo, idest *Cotta*, nullum enim habebat ordinem.

1769.

317. 15 Sept. **Guilielmus Hall,** filius Jacobi Haii et Joannæ Reafin (ambo Catholici) Diœcesis Aberdonien. annorum 18: ut ex fide Jacobi Episp̄i Sinitensis, baptizatus et confirmatus, venit in Collegium 15 7^{bris} 1769: emisit juramentum die 11 Martii 1770. Haii die 3 Maii 1744 discessit ex Consilio Medicorum quatuor minoribus ordinibus initiatus, emisso juramento inter alumnos Collegii Duacii Studia Confecturus, nondum 1æ Theologiæ anno completo. Modicæ Capacitatis ac Indolis indocilis. Postea Sacerdos ivit in missionem sed aliquot post annis inde demissus mortuus est in America.

318. 15 Sept. **Reginaldus Mac-Donald,** filius Jacobi Mac-Donald et Isabellæ Mac-Donel (ambo Catholici) diœc. Insulanensis annorum 15: ut ex testim^{o} Supradi Episcopi: baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 11: Martii 1770. Absolutis studiis et exercitiis spiritualibus peractis, ut ordinem subdia-

conatus susciperet morbo hydropisis correptus, quæ vulgo dicitur pectoris, rite sacramentis Ecclesiæ munitus die 4 Januarii obiit pie et cum omnium ædificatione. Expositus in Ecclesia Collegii cum superpelliceo, et exequiis expeditis pro anima, sepultus est. Etatis anni 26.

1770.

319. 8 Feb. **Paulus Macpherson,** filius Pauli Macpherson et Joannæ Cumming (ambo Catholici) natus (Diœcesis Moraviensis) 6 vel 7 Januarii 1756 baptizatus non confirmatus venit in Collegium circa meridiem die 8 Febr^{i} 1770: confirmatus. Emisit juramentum die 2 Febr^{i} 1771. Absoluto Philosophiæ curriculo die 27: 7^{bris} anni 1777: prævio Superiorum consensu e Coll^{o} discessit emisso juramento ac quatuor minoribus initiatus ordinibus; Scotorum Collegium Valsoleti in Hyspaniis existens petiit, ibi sacræ Theologiæ cursum confecturus. Adolescens bonæ indolis ac ingenii. Ætatis annorum 21. [Obiit Rector Coll. Rom. 24 Nov. 1846, ætat. 90.]

320. 8 Feb. **Alexander Mac-Donald,** filius Joannis Mac-Donăld, et Catarinæ Mac-Donald (ambo Catholici) Diœcesis Insulan. annorum 12 natus, baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 26: Aprilis 1772: incidente Dominica in Albis. Sponte e Coll^{o} discessit die 22 7^{bris} anni 1777 ætatis suæ 20 nondum completo, in Patriam suam (ut dixit) se contulit, nullo initiatus ordine neq: p^{a} Tonsura; Theologiæ cursum vix inceperat, reliquis inferioribus studiis absolutis: Adolescens Indolis nimis fervidæ, optimi vero ingenii. Nunquam sacris ordinibus initiatus mortuus in Indiis Orientalibus.

1772.

321. 17 Maii. **Alexander Sloan,** ann. 18 ut dixit, natus ex Parentibus incerte Catholicis, videlicet ex Guillelmo Sloan et Saræ Macloun, adjurata Calvinistarum hæresi (ut ex testimonio S R Uñlis Inquisitionis) confirmationis Sacramento Suscepto jussu Sanctitatis Suae, et Emi Protectoris; ex Diœcesi Glascoviensi. Emisit juramentum die 15 9^{bris} 1772. Sponte e Collegio 1774 discessit nullo initiatus ordine sacro. Postea Collegii et Missionis non medio-

cris benefactor. Mortuus Romæ die 8 Novris Sepultus in Ecclesia dicti Collegii.

322. 7 Oct. **Reginaldus Makichen [Maceachan]**, filius Reginaldi Makichen et Merois MacDonald Catholicorum Diœc. Insularum natus die sexta Decembris 1756 baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 18 Aprilis 1773. Discessit e Collo die 15 Aprilis 1782 jussu Emi Protectoris Sacerdotio initiatus ad missiones absolutis studiis tam Philosophicis quam Dogmaticis.

323. 7 Oct. **Alexander MacDonald**, filius Lachlini MacDonald et Isabellæ MacDonald Catholicorum Diœc. Insularum natus Mense Maii 1758 baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum 24: Junii: 1773. Discessit e Collo die 15 Aprilis 1782 jussu Emi Protectoris Sacerdotio initiatus, absolutis studiis tam Philosophicis quam Dogmaticis Patriam versus ad missiones.

324. 17 Dec. **Joannes Anderson**, diœcesis Aberdonensis, filius Joan. Anderson et Henriettæ Stuart ex legitimo matrimonio et dictis ambo Catholicis, natus in mense 9bris anni 1757 baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum 24 Junii 1773. Sponte mense Janrio 1781 e Collegio de Licentia Emi Protectoris discessit quatuor minoribus initiatus iuramentoque absolutus cum conditione solvendi expensas; sed in itinere a Turcis capta Navi ex vulnere in pugna accepto mortuus dicitur etatis suæ anno 23. Theologiæ 2do bonæ spei adolescens optimis ornatus moribus sed naturæ instabilis. [Postea monachus Benedictinus Herbopoli ibique defunctus.—*P. McPh.*]

325. 17 Dec. **Donaldus Stuart**, filius Joannis Stuart et Christinæ Grant Catholicorum ex legitimo matrimonio natus in mense Junii 1756, baptizatus et confirmatus. Diœcesis Murraviensis, vel Elginensis, in qua natus. Emisit juramentum 24 Junii 1773. Discessit e Collo die 15 Aprilis 1782 jussu Emi Protectoris Sacerdotio initiatus ad missiones absolutis studiis tam Philosophicis quam Dogmaticis. Mortuus apud Elgin anno 1820 3o Mensis Febri.

1775.

326. 25 Aug. **Murdochus Shaw**, filius Roderici Shaw et Fanetæ MacNeil, Catholicorum, Diœcesis Insularum ex legitimo

Matrimonio natus, baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 25 Aprilis 1776. Mense Julii 1781 ob causas soli Deo ac Confessario notas de licentia tamen Emi Protectoris e Collegio Patriam versus nullis initiatus ordinibus nec Juramento absolutus discessit ætatis suæ anno 22, Theologiæ I°. Adolescens turbidæ indolis sed boni ingenii: dignus qui expelleretur.

327. 25 Aug. **Alexander Farqurson,** filius Alexandri Farqurson, et Margaritæ Gordon, Catholicorum, Diœcesis Muraviensis ex legitimo matrimonio natus die 25 x^bris^ 1758, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 25 Aprilis 1776. Die 5 Maii 1784 Jussu Emi Protectoris Sacerdotio initiatus discessit ad Missiones, absolutis studiis tum Philosophicis quam Dogmaticis: e missione ob pravas mores dimissus.

328. 25 Aug. **Joseph Dawson,** diœcesis Aberdoniensis ex Willielmo Dawson et Anna Reid Catholicis legitime natus, baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 25 Aprilis 1776. Anno 1781 ob easdem Murdochi causas fit cum ipso (?) nec minoribus initiatus nec Juramo absolutus discessit anno 22 etatis ac Teologiæ p° Juvenis bone Indolis sed mediocris Ingenii.

1778.

329. 30 Dec. **Joannes MacNab,** filius Duncani MacNab et Annæ Maclachlan Catholicorum Diœcesis Dunkeldensis, ex legitimo Matrimonio natus die 19 Julii anno 1764, baptizatus et confirmatus. Die 15 Aprilis 1782, sua sponte e Coll° discessit Patriam versus, nondum præstito Juramento.

330. 30 Dec. **Jacobus Gairn,** filius Alexandri Gairn, et Elizabet Haij, Catholicorum Diœcesis Dunkeldensis, ex legitimo Matrimonio natus die 13 Maii anno 1766, baptizatus et confirmatus. Die 2 Maii 1785 sua sponte ex hoc Collegio discessit Neapolim versus nondum præstito juramento.

1780.

331. 31 Oct. **Thomas Clint,** filius Thomæ Clint et Margharitæ Gregori Diœcesis Dumfriensis an. 11 [?] circiter absque literis authenticis iussu vero Cardinalis Protectoris. Mense Januarii 1781 ad

Collegium Anglum translatus quia Londini natus ex Parentibus Anglis in Scotia domiciliatis erronee contra statuta hic receptus erat.

1782.

Die 11 Novembris ingressi sunt hoc Collegium :—

332. **Joannes MakDonell,** filius Æneæ MakDonell Diœcesis Insulanensis. Die 5 Maii 1784 sua sponte ex hoc Collegio discessit Patriam versus nondum præstito Juramento.

333. **Reginaldus MakDonell,** filius Joannis ejusd. Diœcs. Die 8 Junii 1787 sponte discessit ex hoc Collo Patriam versus, nondum præstito juramento.

334. **Jacobus Sharp,** filius Alexandri Sharp Diœcs Aberdonensis. emisit Juramentum die 29 Junii 1791. Die 13 Maii 1793 De Licentia Emi Protectoris Sacerdotio initiatus discessit ex hoc Collo Patriam versus ad excolendam Vineam Dni absolutis studiis tam Theologicis qum Dogmaticis. [Obiit Blairs 14 Apr. 1837, ætat 69.]

1786.

Die Nona Novembris ingressi sunt hoc Collegium :—

335. **Jacobus Mak Ferson.** Die 18 Maii 1791 Sua Sponte discessit Patriam versus nondum præstito Juramo.

336. **Augustinus Mak Donell.** Die 18 Maii 1791 Consilio Medicorum ob ægram valetudinem discessit ex hoc Collo nondum præstito Juramto.

337. **Jacobus Mak Lachlin.** Emisit Juramentum die 29 Junii 1792. Die 6 Aprilis 1795 Jacobus McLachlan de Licentia Emi Protectoris Sacerdotio initiatus discessit ex hoc Collo Patriam versus, Indolis nimis fervidæ sed optimi ingenii et sanæ Doctrinæ.

1792 [*sic*].

Die 25 9mbris 1792 [*sic*] Ingressi sunt hoc Collegium :—

338. **Jacobus McLellan,** fil. . Discessit ex hoc Collegio nondum præstito Juramento die 18 Augusti 1792 [*sic*].

339. **Petrus McLachlan,** fil. . Emisit Juramentum die 25 xbris 1793. Consilio Medicorum ob ægram valetudinem discessit ex hoc Collo die 18 8bris 1795 : ad monasterium Scotorum Herbipoli

se contulit. Ibi assumpto habitu S. Benedicti et absoluto probationis tempore, noluit emittere professionem sed in Patriam profectus est et vitam sæcularem agit.

340. **Æneas McIntyre,** fil. Discessit ex hoc Coll° nondum præstito Juramento [1794].

341. **Guillelmus Catanach,** filius . Emisit Juramentum die 25 x^bris 1793. Discessit die 26 Martii 1798 expulsus cum cæteris a Gallis. Reversus in Patriam brevi tempore remansit in Seminario Scalanii, postea ex consensu Episcopi ad vitam sæcularem se contulit.

342. **Joannes Gordon,** filius Joannis Gordon et Mariæ Dawson de Tullochallum Catholicorum. Emisit Juramentum die 19 Martii 1796. Discessit 26 Martii expulsus ut supra. Ingressus Seminarium Episcopale in Scotia ubi ad presbyteratum promotus est an. 1802. Mortuus Edinburgi 1832.

1797.

343. **Guilelmus Sloane,** filius Alexandri Sloane et ex legitimo matrimonio natus baptizatus et confirmatus; discessit re infecta 1798. Discessit sine juramento nec ordine ullo initiatus.

1820.

344. 28 Jun. **Donaldus Macdonald,** Diœcesis Insularum, filius Arcibaldi et Annæ MacIntosh Catholicorum baptizatus et confirmatus, ætatis annorum viginti. Emisit Juramentum die 10 Junii 1821. Die p^mo Februarii 1826 decessit ad Patriam jam Sacerdos. [Obiit in Lochaber 2 Oct. 1872.]

345. 28 Jun. **Christopher MacRae,** diœcesis Insularum, legitime natus ex Alex° et Margarita MacMillan, Catholicis, baptizatus et confirmatus, ætatis annor. 17. Emisit juramentum die 10 Junii 1821. 25 Octobris 1822 adolescens optimæ spei præmatura morte abreptus tempore rusticationis et in Ecclesia Cryptæferratæ sepultus.

346. 28 Jun. **Alexander Chisolm,** diœcesis Insularum, legitime natus ex Duncano et Margarita Bain Catholicis ætatis annorum 16. Baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die 10

Junii 1821. Die 12 Decembris 1821 dimissus fuit et Londinum petivit.

347. 28 Jun. **Alexander Grant,** diœcesis Moraviensis, filius Alexandri et Christinæ Stewart Catholicorum natus 1° Maii 1804 baptizatus at nondum confirmatus. Postea confirmatus ab Emo Protectore Card. Pacca. Emisit Juramentum die 10 Junii 1821. Factus Sacerdos, in Scotiam profectus est 1° Maii 1827 ad Missiones: mortuus 1833 in Scotia ubi magna laude missionarii munus exercuit.

348. 28 Jun. **Guilelmus Stewart,** diœcesis Moraviensis, filius Caroli et Joannæ Gordon Catholicorum natus 12 Maii 1804, Baptizatus sed nondum confirmatus. Romæ confirmatus ab Emo Pacca Protectore. Emisit juramentum die 10 Junii 1821. Factus Sacerdos profectus est in Scotiam 29 Maii 1828 ad missiones.

1821.

349. 29 Dec. **Normanus Macdonald,** annorum quasi 16, baptizatus et confirmatus, natus ex parentibus Catholicis Joanne Macdonald et Catharina Macdonald diœcesis Insularum. Die 4 Maii 1824 ob infirmam valetudinem decessit patriam versus studiis non completis nec juramento emisso. Paulo post reditum in patriam mortuus est.

1822.

350. 10 Sept. **Alexander Gordon,** annorum 16 diœcesis Moraviensis legitime natus ex parentibus Catholicis nempe Joanne Gordon et Joanna Shaw baptizatus, sed nondum confirmatus. Confirmatus 25 Janii ab Illmo et Rmo Vicesgerente anno 1823. Die pmo Februarii 1826 decessit in patriam ut Collegii constitutionibus minus aptus. In seminarium S. Sulpitii Lutetiæ Parisiorum admissus ibi studia complevit et anno 1830 subdiaconus in Patriam regressus est et haud multo post Sacerdos ordinatus est. [Obiit Edinb. 7 Nov. 1887, ætat. 81.]

351. 10 Sept. **Æneas Rankin,** diœcesis Insularum annorum 18 legitime natus ex Patre heretico et matre Catholica, baptizatus et confirmatus. Die pmo Julii 1825 dismissus ob tarditatem ingenii aliisque de causis.

352. 19 Dec. **Constantinus Lee,** diœcesis Kilmoren in Hibernia annorum 26 legitime ortus ex parentibus Catholicis Patritio Lee et Elenora Morras, baptizatus et confirmatus. Emisit Juramentum die 2 Februarii 1823. Decessit 15 Martii 1825 Galliam versus et ad Scotiam ubi Missionarii Ap. munus obivit. Post aliquot vero annos Americam petivit.

1823.

353. 10 Feb. **Walterus Lovie,** Edinburgensis ann. 25 legitime natus ex Patre Catholico Angelo Lovie et matre hæretica Isabella Scott, baptizatus et confirmatus. Emisit juramentum die pmo Novris 1823. Dicessit die 25 Martii 1825 et admissus Lutetiæ Parisiorum inter alumnos Collegii Scotorum in ea civitate. Completis studiis, ad Scotiam, suscepto presbyteratus ordine, rediit. [Obiit Walsall 21 Dec. 1878, ætat. 80.]

354. 13 Aug. **Joannes Mackintosh,** diœcesis Insularum, ann. 14 legitime natus ex Duncano Mackintosh et Sarah Campbell Catholicis: baptizatus confirmatus et prima tonsura insignitus. Discessit mense Septris 1826, studiis non completis, patriam versus ut ipse dixit, propter infirmam valetudinem. Postea ingressus est Seminarium Lismorense, inde expulsus ob pravas mores: Glascuæ reus latrocinii in vincula publica conjectus est. Ex quibus postea liberatus domum revertitur.

355. 13 Aug. **Joannes Paterson,** diœcesis Moraviensis, legitime natus ex parentibus Catholicis Joanne Paterson et Elisab: Badenoch. Natus et baptizatus 25 Maii 1810. Confirmatus, prima tonsura et quatuor minoribus insignitus. Discessit in patriam non completis studiis revocatus ab Illmo Dmno Paterson ut in seminario Blairs locum professoris litterarum teneat die 29 Maii 1828. Anno 1829 ad Lutetiam Parisiorum profectus est ibique studio Philosophiæ et Theologiæ in seminario S. Sulpitii operam dedit. Confectis studiis, et ad Patriam regressus, ad presbyteratum promotus est 7 Sep. 1833, et anno sequenti Edinburgi obiit ab omnibus desideratus.

356. 13 Aug. **Donaldus Macdonald,** ann. 13 legitime natus ex parentibus Cath. diœcesis Insularum. Baptizatus, confirmatus et prima tonsura insignitus. Die primo Julii [1824] ingressus est Collegium

Urbanum de Propag[a] Fide ex quo discessit valetudinis causa in Scotiam 1829 non completis studiis. In Scotia mortuus est an. 1832 die 12 Junii.

1824.

357. 11 Jun. **Donaldus MacKay,** diœcesis Insularum, annorum 15 legitime natus ex parentibus Catholicis Enea McKay et Marianna Steel baptizatus et confirmatus. Die pm̄o Julii ingressus est Collegium Urbanum de Prop[a] Fide. Ad sacerdotium promotus et studiis completis in Scotiam rediit anno 1833. [Obiit Drimmin 4 Jan. 1887, ætat. 82.]

1825.

358. 6 Oct. **Alexander MacKillop,** diœcesis Insularum legitime natus die 21 Januarii 1812 ex Joanne McKillop et Helena MacNab Catholicis, baptizatus sed nondum confirmatus. Confirmatus die 16 Aprilis 1826 ab Ill[mo] Archepis[co] S. Cong[nis] de Prop. Fide Secretario. Emisit Juramentum die 6 Aprilis 1828. Discessit Scotiam versus 10 Augusti 1831 non completis studiis valetudinis causa.

1826.

359. 20 Jul. **Johannes Strain,** Edinburgensis natus ex Hugone et Cæcilia MacKenzie ambobus Catholicis. Natus est die octavo Decembris anno 1810: rite baptizatus et confirmatus. Minoribus ordinibus initiatus juramentum emisit die 6 Aprilis 1828. Die 10 Januarii 1833 cum cœteris Collegii Scotorum Alumnis in Collegium de Propaganda Fide translatus, ubi completis studiis ordinibus Sacris initiatus est et die 3 Aug. 1833 in Patriam discessit. Die 25 Septembris 1864 Abilensis Episcopus consecratus a SS. D. N. Pio PP. IX. in Palatio Vaticano et Vicar. Ap̄licus Orientalis Scotiæ. Primus in restituta sede S. Andreæ et Edinburgen. Archiepiscopus. [Obiit 2 Jul. 1883, ætat 72.]

360. 20 Jul. **Alexander Grant,** diœcesis Aberdonensis, natus ex Georgio Grant Catholico et Maria Gillespie conjugibus ad fidem Catholicam conversa. Natus 13° Aug. anno 1810 rite baptizatus et confirmatus. Minoribus ordinibus initiatus juramentum emisit die 6 Aprilis 1828. Die 10 Jan. 1833 in Collegium Urbanum translatus fuit ibique completis studiis et ordinibus Sacris initiatus die 19

Martii 1834 paulo post in Patriam discessit. Postea hujus Collegii Rector. Obiit 28 Mar. 1878, ætat 68.

361. 20 Jul. **Georgius Griffin,** natus ex Rodrigero Griffin et Anna MacConnel ambobus Catholicis: ex diœcesi Edinburgensi natus 1° Martii anno 1810 rite bap. et confirmatus. Juramentum emisit die 6 Aprilis 1828 minoribus ordinibus insignitus. Ad Collegium Urbanum translatus ibi studia complevit et suscepto sacro Presbyteratus ordine in Scotiam rediit anno Dni 1834. [Obiit Lond., 23 Jul. 1860, ætat 50.]

362. 20 Jul. **Alexander Gillis,** natus ex Alexandro Gillis et Maria Cameron conversa a religione protestante ad catholicam ex diœcesi Insularum. Natus mense Nov. 1808 rite bap. et confirmatus. Juramentum emisit die 6 Aprilis 1828. [Obiit in Eigg, 23 Jun. 1880.]

363. 20 Jul. **Joannes Fraser,** natus ex Roberto Fraser converso ex religione protestante ad catholicam et Isabella Macdonald catholica: natus rite bapt. atq. confirmatus. Juramentum emisit die 6 Aprilis 1828. Die 10 Januarii 1833 cum cæteris Collegii Scotorum Alumnis ad Collegium Urbanum translatus est, reversus in Coll. Scotorum an. 1835 quo sub anno iterum describitur.

ÆNEAS MACDONALD ingressus est Collegium Urbanum de Propaganda Fide mense Feb. anno 1782, natus ex parentibus Catholicis diœcesis Insularum rite baptizatus et confirmatus, natus fuit anno 1761 commoratus in Collegio Urbano duos annos et 8 menses, in quo Juramentum emisit, valetudinis causa in Patriam rediit, finem studiis posuit in Collegio Scot. Duaceni: minoribus ordinibus in Collegio de Propaganda acceptis cæteros sacros ordines in Collegio Duaceni accepit. Sacerdos factus in Scotiam profectus est ibique munere pastorali functus 35 annos, jussu Vicariorum Ap. anno 1826 Romam ad regendum hoc Collegium missus est.

1828.

364. 27 Oct. **Stephanus Keenan,** natus die 26 Decembris 1803 parentibus Catholicis James Keenan et Maria Morrison baptizatus et confirmatus atq. etiam minoribus ordinibus insignitus ex Districtu Occidentali. Sacerdos factus non completis studiis discessit in

Scotiam 24 Aprilis 1832 superiorum licentia. Obiit Taoduni die 28 Februarii 1862.

365. 27 Oct. **Carolus MacKenzie,** e regione de Braemar filius Donaldi MacKenzie et Annæ Ogilvie in Districtu Orientali natus 28 Octobris 1807, baptizatus rite confirmatus atq. minoribus ordinibus insignitus. Sacerdos ordinatus die 19 Decembris 1831 ab Ēmo Card. Zurla studiis non completis licentia superiorum discessit in Scotiam simul cum Stephano Keennan supra nominato. Obiit apud Beauly die 5 Maii 1870.

1832.

366. 25 Oct. **Æneas MacKenzie,** Districtus Septentrionalis in Scotia legitime natus 22 Julii 1809 parentibus Catholicis Gulelmo MacKenzie et Janet MacRae. Baptizatus et confirmatus.

367. 25 Oct. **Jacobus Glennie,** Districtus Septentrionalis in Scotia legitime natus 15 Dec. 1811 Jacobo Glennie et Ann Gilmar ambobus Catholicis. Baptizatus et confirmatus.

368. 25 Oct. **Gulelmus Bennet,** Districtus Orientalis in Scotia natus legitime Jacobo Bennet et Margaret Ogilvie 30 Nov. 1815 ambobus Catholicis.

369. 25 Oct. **Joannes MacCory,** Districtus Septentrionalis in Scotia legitime natus Petro MacCory et Elisabeth Stuart Catholicis die 26 Januarii 1812. Baptizatus et confirmatus.

370. 25 Oct. **Alexander Phimister,** Districtus Occidentalis in Scotia ex Joanne Phimister et Margaret Barber primo protestantibus ambobus qui deinde fidem Catholicam amplexi sunt 2 Julii 1813 legitime natus. Baptizatus a Ministro Protestante confirmatus a Rev^mo^ Dm^no^ Paterson.

371. 25 Oct. **Joannes MacCartney,** Districtus Orientalis in Scotia legitime natus parentibus Catholicis Georgio MacCartney et Elizabeth MacConnel die 1° Julii 1816. Baptizatus et confirmatus.

NOTANDUM 1833.

Omnes Ven. Collegii Scotorum alumni DD., Joannes Strain, Georgius Griffin, Alexander Grant, Joannes Fraser, Alexander Gillis, Æneas MacKenzie, Joannes MacCorry, Jacobus Glennie,

Gulielmus Bennet, Joannes MacCartney et Alexander Phimister jussu Emi Cardinalis Pedicini Præfecti, annuente Gregorio P.P. XVI die decima Januarii Anno Salutis Millesimo Octingentesimo trigesimotertio ad Collegium Urbanum sese transtulerunt.

Duplex erat hujus translationis causa. Prima erat mors R.D. Æneæ MacDonald Rectoris qui die tertio ejusdem mensis et anni e vita migraverat. Nullus Sacerdos Scotus qui munus Rectoris susciperet Romæ tunc temporis degebat, et alienum constituere Rectorem Superioribus minime opportunum visum fuit.

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes. Secunda causa erat status ruinosus Collegii. Aedificium collapsurum videbatur et ut refici posset ab omnibus vacuandum esse Architectus judicavit.

Completis in Coll. Urbano studiis, DD. J. Strain, A. Grant et G. Griffin ad S. Presbyteratus Ordinem promoti in Patriam reversi sunt. A. Phimister quoque, incompletis tamen studiis, valetudinis causa in Scotiam discessit. Cæteri vero, dempto Alexandro Gillis, qui in Coll. Urbano remansit in Ven. Collegium Scotorum instauratum die 18 Aprilis anno 1835 redierunt.

1835.

Joannes Fraser jam Sacerdos e Collegio Urbano die 18 Aprilis rediit. Juramentum emisit in Collegio Urbano. Die 5 Aprilis 1836 in Scotiam profectus est ibique obiit die 11 Junii 1837.

Æneas MacKenzie eodem anno et die e Collegio Urbano rediit. Juramentum emisit die 9 Junii 1835. Factus Sacerdos ad missionem profectus est die 15 Maii 1837. [Obiit Dingwall, 22 Jan. 1856.]

Joannes MacCorry eodem anno et die e Collegio Urbano rediit. Juramentum emisit die 9 Junii 1835. Jam Sacerdos ad missionem profectus est die 15 Maii 1837. [Obiit Romæ, 26 Maii 1880.]

Jacobus Glennie eodem anno et die e Collegio Urbano rediit. Juramentum emisit die Junii 1835. Jam Sacerdos ad missionem profectus est mense Octobris 1837. [Obiit Inverurie, 9 Jan. 1882.]

Gulielmus Bennet eodem anno et die e Collegio Urbano rediit. Juramentum emisit die 9 Junii 1835. Postquam per tres annos theologiæ studiis incubuerat ordinibus minoribus initiatus in Patriam discessit die 7 Junii 1839. Postea promotus ad Sacerdotium 1842. [Obiit Ottawa, 1 Feb. 1887.]

Joannes MacCartney eodem anno et die e Collegio Urbano rediit Juramentum emisit die 9 Junii 1835. Jam Sacerdos ad missionem profectus est die 8 Maii 1840 adversa valetudine laborans et obiit Edinburgi die 21 Junii ejusdem anni.

372. 6 Jun. **Daniel Gallager**, ex Joanne Gallagher et Sara MacGinley Conjugibus ambobusque Catholicis in Hibernia die 2 Septembris 1811 natus, Collegium Urbanum die 6 Junii 1834 ingressus est baptizatus et confirmatus instauratione vero Collegii Scotorum completa ad illud cum prædictis alumnis eodemque die et anno translatus fuit. Juramentum emisit die 9 Junii 1835. Jam Sacerdos die 7 Junii 1839 Scotiam ad missionem discessit. [Obiit Partick, 8 Mar. 1883.]

373. 15 Jun. **Joannes Macmaster**, Morvensis, Hugone Macmaster et Anna Gillies Catholicis legitime natus die 15to Novembris 1818, baptizatus et confirmatus. Obiit in Collegio die 3 Aprilis 1838. Sepultus est in Ecclesia.

374. 15 Jun. **Æneas Macdonald**, Strathglassensis, Petro Macdonald et Maria Chisholm Catholicis legitime natus die 26 Augusti 1819, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1840. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 18 Maii 1845. Obiit Strathglass die 4 Junii 1850.

375. 15 Jun. **Finlay Chisholm**, Strathglassensis, Guglielmo Chisholm et Isabella Macrae Catholicis legitime natus die 26 Maii 1819, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1840. Adversæ valetudinis causa in Patriam rediit die 18 Februarii 1841. Postea petiit et obtinuit dispensationem a juramento ut liberum esset illi ad sæculum redire.

376. 15 Jun. **Dunoanus Nacnab**, Morvensis, Petro Macnab ad fidem Catholicam ante matrimonium converso et Christina Macnab legitime natus die 11 Maii 1820, baptizatus et confirmatus. In Patriam discessit die 8 Augusti 1840 non emisso juramento.

Postea in Scotia promotus ad sacerdotium anno 1845. [Obiit Melbourne, 11 Sept. 1896.]

377. 15 Jun. **Guglielmus Mackay,** Glasguensis, Jacobo Mackay et Elizabetha Gilmour Catholicis legitime natus die 10 Decembris 1821, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 27 Martii 1842. Factus Sacerdos ad Missionem rediit labente mense Maio 1847.

1836.

378. 25 Maii. **Alexander Scott,** Comitatus Banffensis, Guglielmo Scott et Isabella Johnstone Catholicis legitime natus die 4 Martii 1817, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 25 Decembris 1836. Adversæ valetudinis causa Seminarium S. Jacobi Ratisbonæ petiit die 10 Novembris 1838 et ibi obiit die 16 Aprilis 1839 ordinibus minoribus insignitus.

379. 6 Jun. **Joannes Macdonald,** Strathglassensis, Guglielmo Macdonald et Hanna Fraser Catholicis legitime natus die 2 Julii 1818, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 22 Aprilis 1838. Subdiaconus ordinatus in Patriam rediit die 11 Junii 1840. Promotus ad Sacerdotium 1841. Consecratus Episcopus Nicopolitan, et Vicarius Ap. Sept. Scotiæ 24 Feb. 1869. Primus in restituta sede Episcop. Aberdonensis. [Obiit Aberd., 4 Feb. 1889.]

380. 24 Oct. **Guglielmus Smith,** Edinburgensis, Jacobo Smith et Catharina Mackenzie legitime natus die 3 Julii 1819, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 22 Aprilis 1838. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 25 Septembris 1843. Secundus in restituta sede Archiepūs S. Andreæ et Edinburgi. [Obiit Edinb., 16 Mar. 1892.]

381. 24 Oct. **Joannes Reid,** Aberdonensis, Guglielmo Reid et Elizabetha Fraser Catholicis legitime natus die 9 Aprilis 1819, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 22 Aprilis 1838. Ineunte mense Junio 1838 adversæ valetudinis causa in Patriam rediit ordinibus minoribus insignitus. Promotus ad Sacerdotium obiit Aberdoniæ die 18 Aprilis 1854.

382. 24 Oct. **Josephus Galetti,** Glasguensis, Antonio Galetti et Anna Maria Bucknall legitime natus die 30 Julii 1823, baptizatus

Confirmatus fuit ab Emo Cardinali Fransoni die 21 Januarii 1838. Adversæ valetudinis causa in Patriam rediit die 8 Junii 1841. Postea promotus ad Sacerdotium obiit apud Pollockshaws Glasguæ die 13 Octobris 1859.

383. 24 Oct. **Paulus Macpherson,** Glenlivatensis, Paulo Macpherson et Catharina Christy legitime natus die 2 Februarii 1824, baptizatus. Confirmatus fuit ab Emo Cardinali Fransoni die 21 Januarii 1838. Discessit non emisso juramento die 28 Junii 1840.

1838.

384. 30 Sept. **Guglielmus Macdonell,** Strathglassensis, Joanne Macdonell et Catharina Chisholm Catholicis legitime natus die 29 Martii 1817, 1838 baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 25 Martii 1839. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 18 Septembris 1844. [Obiit S. Uist, 26 Mar. 1870.]

385. 30 Sept. **Joannes Gray,** Enziensis, Guglielmo Gray et Joanna Scott Catholicis legitime natus die 16 Junii 1817, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 25 Martii 1839. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 17 Aprilis 1843. Deinde Episcopus Hypsopolitanus et Vicarius Aplicus in Occidentali Scotia. Obiit 14 Jan. 1872.

1839.

386. 16 Sept. **Joannes Carmont,** Nithsdaliensis, Roberto Carmont et Agnete Wilson Catholicis legitime natus die 30 Aprilis 1824, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 27 Martii 1842. Factus Sacerdos ad Missionem rediit labente mense Maio 1847. [Blairgowrie, 1905.]

387. 16 Sept. **Rodericus Chisholm,** Strathglassensis, Joanne Chisholm et Anna Chisholm Catholicis legitime natus die 11 Februarii 1825 hoc Collegium ingressus est die 16 Septembris 1839, baptizatus. Confirmatus fuit ab Emo Cardinali Fransoni die 8 Decembris 1839. Juramentum emisit die 1 Novembris 1844. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 21 Aprilis 1851. Obiit Glasguae die 23 Februarii 1862.

388. 21 Oct. **Jacobus Brown,** Enziensis, Joanne Brown et Marjory Badenoch, illo Catholico, hac Acatholica, legitime natus die 13

Julii 1825, baptizatus. Confirmatus fuit ab Emo Cardinali Fransoni die 8 Decembris 1839. Ob infirmam valetudinem in Patriam rediit non completis studiis die 8 Julii 1845. Postea promotus ad Sacerdotium obiit Dumfrisii die 10 Aprilis 1856.

1840.

389. 20 Sept. **Joannes Maclachlan,** Glasguensis, Artt Maclachlan Catholico et Catharina Maclachlan legitime natus die 7 Septembris 1826 baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1844. Factus Sacerdos rediit ad Missionem mense Junio 1850. Primus in restituta sede Candidæ Casæ Episcopus. [Obiit Dumfries, 16 Jan. 1893.]

390. 20 Sept. **Guglielmus Caven,** Paisleyensis, Joanne Caven et Anna Taylor Catholicis legitime natus die 14 Octobris 1823, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1844. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 24 May 1848. [Obiit New Kilpatrick, 1 Mar. 1896.]

391. 20 Sept. **Franciscus Mackerrell,** Paisleyensis, Joanne Mackerrel, et Joanna Stuart Catholicis legitime natus die 11 Aprilis 1825, baptizatus et confirmatus. Ob infirmam valetudinem in Patriam rediit incompletis studiis ineunte mense Septembre 1848 ordinibus minoribus insignitus. Promotus ad Sacerdotium 1851. [Obiit Dunfermline, 2 Jul. 1902.]

1841.

392. 14 Aug. **Joannes Ritchie,** Aberdonensis, Georgio Ritchie et Elizabetha Watson, Acatholicis sed postea ad Fidem Catholicam conversis, legitime natus die 22 Januarii 1822, baptizatus a Ministro Protestante et confirmatus sed ob dubium baptismum iterum Romæ baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 16 Aprilis 1843. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 24 Maii 1848.

393. 14 Aug. **Petrus Grant,** Glenlivatensis, Joanne Grant Catholico et Margarita Grant Acatholica legitime natus die . . . Februarii 1823 hoc Collegium ingressus est die 14 Augusti 1841, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 16 Aprilis 1843. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 24 Maii 1848. [Fuit Rector Blairs Coll. ibique obiit 6 Dec. 1895.]

394. 14 Aug. **Guglielmus Downie,** ex Comitatu de Peebles Guglielmo Downie et Anna Fraser Catholicis legitime natus die 5 Junii 1825, baptizatus et confirmatus. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 24 Augusti 1851. [New Abbey, 1905.]

1842.

395. 25 Oct. **Joannes Black,** Glasguensis, Patricio Black et Cæcilia MacLuskey Catholicis legitime natus die 24 Aprilis 1824, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1844. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 24 Maii 1848. [Obiit Cardowan, 18 Oct. 1904.]

1843.

396. 2 Oct. **Guglielmus Paterson,** Enziensis, Alexandro Paterson et Anna Simpson Catholicis legitime natus die 22 Februarii 1824, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1844. Factus Sacerdos ad Missionem rediit mense Maio 1849. Obiit in oppido Johnstone die 14 Januarii 1853.

397. 2 Oct. **Joannes Caven,** ex pago Dalbeattie Joanne Caven et Joanna Cairnan Catholicis legitime natus die 7 Martii 1826 baptizatus et confirmatus. Oborto dubio de ejus vocatione ad statum ecclésiasticum discessit e Collegio die 30 Julii 1850, ordinibus minoribus insignitus. Deinde aliquo tempore in Seminario S. Sulpitii Parisiis commoratus, postea ad sæculum rediit.

1844.

398. 25 Sept. **Andreas Scott,** Enziensis, Alexandro Scott et Margarita Hay Catholicis legitime natus die 8 Octobris 1825, baptizatus et confirmatus. Ob infirmam valetudinem discessit labente mense Maio 1847 studiis non completis.

1845.

399. 13 Nov. **Joannes MacEachron,** ex pago Macduff, Lauchlino MacEachron et Christina Shand Calvinianis legitime natus die 18 Maii 1817. Baptizatus a Ministro Protestante sed post conversionem denuo baptizatus sub conditione et confirmatus. Juramentum emisit die 17 Maii 1848. Die 24 Maii jam sacerdos

discessit et postea Lutetiæ Parisiorum Seminarium S. Sulpitii ingressus: deinde ad Missionem rediit. [Obiit Dufftown, 7 Jul. 1898.]

400. 25 Sept. **Josephus Black,** Glasguensis, Patricio Black et Cæcilia MacLuskey Catholicis legitime natus die 30 Junii 1828, baptizatus et confirmatus. Mense Junio 1850 ordinibus minoribus insignitus discessit e Collegio studiis infectis, et ad sæculum rediit.

401. 25 Sept. **Petrus Grant,** ex pago Saddel, Petro Grant et Maria MacLachlan Catholicis legitime natus die 15 Junii 1820, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 17 Maii 1848. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 24 Maii 1848. [Obiit Dundee, 22 Aug. 1869.]

1847.

402. **Jacobus Augustinus Stothert.** Factus Sacerdos rediit ad Missionem mense Septembris 1848.

403. 29 Oct. **Georgius MacMahon.** Discessit e Collegio studiis infectis a Vicario Apostolico Districtus Orientalis revocatus anno 1849.

404. 29 Oct. **Carolus Macdonald,** Aberdonensis, Jacobo MacDonald et Margarita Gordon Catholicis legitime natus die 26 Februarii 1829, baptizatus et confirmatus. Ob infirmam valetudinem in Patriam rediit die 30 Julii 1850, studiis non completis, ordinibus minoribus insignitus. Promotus ad Sacerdotium 1852. [Inverurie, 1905.]

1848.

405. 13 Nov. **Donaldus MacKenzie,** e regione de Braemar, Donaldo MacKenzie et Anna Ogilvie Catholicis legitime natus die 7 Octobris 1821, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 25 Februarii 1852. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 18 Maii 1854. [Obiit Beauly, 17 Sept. 1886.]

406. 13 Nov. **Æneas MacIntosh,** e regione de Braemar, Donaldo MacIntosh et Isabella MacIntosh Catholicis legitime natus die 12 Augusti 1830, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 25 Februarii 1852. Jam Sacerdos obiit in Collegio die 30 Octobris 1854 tempore rusticationis, sepultusque est in Ecclesia Monastica Cryptæ Ferratæ,

1850.

407. 30 Sept. **Alexander Smith,** apud Cuttlebræ in regione Enziæ comitatus Banffensis, Alexandro Smith et Helena Bennet Catholicis legitime natus die 27 Octobris 1831, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 25 Februarii 1852. Sancte obiit in Collegio die 25 Februarii 1855 ordinibus minoribus insignitus. Sepultus in ecclesia.

408. 30 Sept. **Arthurus MacLuskey,** Glasguensis, Francisco Macluskey et Margarita Black Catholicis legitime natus die 6 Junii 1830, baptizatus et confirmatus. Discessit studiis infectis, statui ecclesiastico parum idoneus, die 4 Februarii 1854. Postea in aliis Collegiis aliquo tempore moratus, denique ad sæculum rediit.

409. 30 Sept. **Jacobus Rogers,** Glasguensis, Davide Rogers et Margarita MacCallum ad fidem Catholicam conversis legitime natus die 2 Februarii 1832, baptizatus a Ministro Acatholico postea baptizatus sub conditione et confirmatus. Juramentum emisit die 17 Aprilis 1853. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 2 Junii 1858. [Obiit Gainforth, 2 Apr. 1890.]

410. 30 Sept. **Joannes Robertson,** apud Chapeltown in regione de Glenlivet comitatus Banffensis, Guglielmo Robertson et Barbara MacDonald Catholicis legitime natus die 29 Novembris 1832 hoc Collegium ingressus est die 30 Septembris 1850, baptizatus et confirmatus. Die 4 Maii 1852 ob adversam valetudinem in Patriam rediit, et ibi mortuus est mense Novembris.

411. 30 Sept. **Jacobus Lamont,** ex Gleney in regione de Braemar, Guglielmo Lamont et Margarita MacIntosh Catholicis legitime natus die 9 Aprilis 1833, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 17 Aprilis 1853. Die 19 Junii ob adversam valetudinem in Patriam rediit et ibi obiit mense Octobris.

412. 30 Sept. **Donaldus Lamont,** ex Gleney in regione de Braemar comitatus Aberdoniensis, Guglielmo Lamont et Margarita MacIntosh Catholicis legitime natus die 20 Septembris 1834, baptizatus et confirmatus. Obiit in Collegio 12 Octobris 1852 tempore rusticationis, sepultusque est in ecclesia Monastica Cryptæ Ferratæ.

413. 30 Sept. **Joannes Smith,** apud Fochabers in comitatu Moraviensis, Joanne Smith et Isabella Mearns Catholicis legitime natus die 11 Novembris 1834, baptizatus et confirmatus. Ob pravam indolem e Collegio expulsus die 19 Novembris 1854.

414. 30 Sept. **Henricus Hargitt,** Edinburgensis, Carolo Hargitt et Maria Bagley Catholicis legitime natus die 11 Februarii 1837, baptizatus et confirmatus. Discessit a Collegio studiis infectis mense Maio 1852 et ad sæculum rediit.

1851.

415. 26 Oct. **Carolus Balfour,** Ogilvy de Comitatu Forfarensi, Gulielmo Balfour et Maria Ogilvy Protestantibus legitime natus a Ministro Anglicano baptizatus et post conversionem denuo sub conditione baptizatus die 22 Decembris 1850. Postea confirmatus juramentum emisit die 17 Aprilis 1853. Ob adversam valetudinem in Patriam anno 1856 rediit studiis non completis, susceptis ordinibus minoribus.

416. 26 Oct. **Georgius O'Keeffe,** Edinburgensis, baptizatus et confirmatus. Discessit e Collegio studiis infectis anno 1854 et ad sæculum rediit. Edinburgi mortuus est 1900.

1852.

417. 4 Oct. **Johannes Roden,** Glasguensis. Infirma valetudine laborans e Collegio discessit vix tribus mensibus in Urbe peractis.

418. 4 Oct. **Joannes MacLachlan,** Glasguensis, Joanne MacLachlan et Joanna Hallan Catholicis legitime natus die 22 Decembris 1834, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 29 Junii 1856. Disciplinæ Collegii et obedientiæ erga Superiores negligens cultor e Collegio dimissus rediit ad sæculum 7 Februarii 1857, juramento emisso ordinibus minoribus susceptis.

1853.

419. 13 Sept. **Joannes Macdonald,** apud Insh in regione de Lochaber comitatus Invernessiensis, Archibaldo Macdonald et Catharina MacArthur Catholicis legitime natus die 24 Decembris 1832, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 29 Junii 1856. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 22 Maii 1859.

420. 13 Sept. **Jacobus Cameron,** in regione Glenlivet comitatus Banffensis, Carolo Cameron et Anna Rattray Catholicis legitime natus die 6 Octobris 1833, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 29 Junii 1856. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 29 Junii 1857. [Glasgow, 1905.]

421. 13 Sept. **Æneas Chisholm,** Invernessiensis, Colino Chisholm et Margarita Macdonald Catholicis legitime natus die 26 Junii 1836, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 29 Junii 1856. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 16 Maii 1860. Postea Episcopus Aberdonensis.

1854.

422. 2 Nov. **Joannes Canning,** apud Garthsiere comitatus Lanarkensis, Joanne Canning et Maria Cairney Catholicis legitime natus die 23 Aprilis 1832, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 29 Junii 1856. Ineunte mense Septembre 1858 ordinibus minoribus insignitus ad Missionem rediit et ibi eodem anno promotus fuit ad Sacerdotium.

423. 2 Nov. **Hugo Macdonald,** Invernessiensis, Alexandro Macdonald et Margarita Watson Catholicis legitime natus die 26 Julii 1838, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Aprilis 1860. Ob infirmam valetudinem in Patriam rediit die 23 June 1861 ordinibus minoribus insignitus. Promotus fuit ad Sacerdotium anno 1862. [Obiit Dalbeth, 20 Dec. 1889.]

424. 2 Nov. **Jacobus Hegarty,** Glasguensis, Jacobo Hegarty et Helena Keenan Catholicis legitime natus die 31 Januarii 1840, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Aprilis 1860. Obtenta dispensatione a juramento, ut liber esset ad sæculum redire, discessit die 1 Maii 1861.

1855.

425. 8 Nov. **Guglielmus Geddes,** apud Buckie in regione Enziæ comitatus Banffensis, Jacobo Geddes et Anna Ogilvie Catholicis legitime natus die 24 Martii 1835, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Aprilis 1860. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 23 Junii 1861. [Obiit Arbroath, 30 Dec. 1891.]

426. 8 Nov. **Alanus Macrae,** apud Struy in regione de Strathglass comitatus Invernessiensis, Theodore Macrae et Christina Macdonald Catholicis legitime natus die 13 Aprilis 1835, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Aprilis 1860. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 23 Junii 1861. [Aberdeen, 1905.]

427. 8 Nov. **Josephus Small,** ex Hamilton comitatus Lanarkensis, Josepho Small et Margarita Mullen Catholicis legitime natus die 17 Novembris 1837, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Aprilis 1860. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 23 Junii 1861. Obiit apud Greenock die 29 Aprilis 1864.

428. 8 Nov. **Joannes Doud,** Edinburgensis. Paucos dies moratus in Collegio translatus est in Collegium Urbanum ibique Sacerdos ordinatus ad Missionem perrexit anno 1861. [Obiit Middlesborough, 5 Maii 1892.]

429. 10 Dec. **Friderious Gasquoine,** Mancestriæ in Anglia, parentibus Acatholicis legitime natus die 14 Octobris 1834 a Ministro Protestante baptizatus sed post suam ad fidem conversionem sub conditione baptizatus et confirmatus. Ob infirmam valetudinem in Scotiam profectus est labente mense Julio 1858, studiis incompletis neque emisso juramento sed prima tonsura insignitus: promotus ad Sacerdotium anno sequenti.

1856.

430. 19 Oct. **Guglielmus Grady,** ex Leith, Joanne Grady et Eleanora Macelmail Catholicis legitime natus die 29 Decembris 1835, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Aprilis 1860. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 25 Julii 1862. [Edinburgh, 1905.]

1857.

431. 11 Oct. **Joannes Smith,** Aberdonensis, Jacobo Smith et Margarita Murray Catholicis legitime natus die 2 Maii 1842, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 3 Aprilis 1861. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 8 Junii 1865. [Stirling, 1905.]

1858.

432. 11 Oct. **Augustinus Macdermott,** apud Fort Charles prope Kinsale in Hibernia, Michaele Macdermott Catholico et Catharina Mac-

donald Protestante postea autem ad fidem conversa, legitime natus die 9 Martii 1840, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 10 Novembris 1861. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 8 Junii 1865. [Alyth, 1905.]

433. 11 Oct. **Jacobus Augustinus Campbell,** Aberdonensis, Alexandro Campbell Catholico et Margarita Devine prius ad fidem conversa legitime natus die 30 Maii 1841, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 3 Aprilis 1861. Factus Sacerdos anno 1866 Vice-Rectoris munere functurus in Collegio remansit. Rector factus anno 1878, per annos 19 Collegium administravit. Mense Junio 1897 hoc officio se abdicavit. 16 Februarii 1902 apud Fiesole in Conventu Sororum Anglicarum, quæ ægrotis curam praestant, vitam finivit.

434. 11 Oct. **Jacobus Smith,** Edinburgensis, Henrico Smith et Susanna Quigley Catholicis legitime natus die 18 Octobris 1841, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 3 Aprilis 1861. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 4 Novembris 1866. Postea Episcopus Dunkeldensis, et tandem Archiepiscopus Sti Andreæ et Edinburgensis.

435. 11 Oct. **Gulielmus Carmichael,** apud Tomintoul comitatus Banffensis, Archibaldo Carmichael et Christina Gordon Catholicis legitime natus die 9 Maii 1841, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 3 Aprilis 1861. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 18 Julii 1867. [Airdrie, 1905.]

1861.

436. 20 Oct. **Joannes Cameron,** apud Achtullich in regione de Strathglass comitatus Invernessiensis, Normanno Cameron et Maria Campbell Catholicis legitime natus die 9 Januarii 1842, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 12 Aprilis 1863. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 18 Julii 1867. [Beauly, 1905.]

437. 20 Oct. **Joannes Fraser,** apud Inverey in regione de Braemar comitatus Aberdonensis, Carolo Fraser et Maria Grant Catholicis legitime natus die 27 Septembris 1844, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 12 Aprilis 1863. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 26 Junii 1868. [Obiit Inverness, 6 Sept. 1871.]

438. 20 Oct. **Gulielmus Turner,** Aberdonensis, Alexandro Turner Catholico et Catharina Pirie Acatholica legitime natus die 12 Decembris 1844, baptizatus a Ministro Acatholico, postea baptizatus sub conditione et confirmatus. Juramentum emisit die 12 Aprilis 1863. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 26 Junii 1868. Postea Episcopus Candidæ Casæ.

439. 20 Oct. **Alexander Bisset,** apud Teichnuich prope Beauly in comitatu Invernessiensi, Donaldo Bisset et Isabella Chisholm Catholicis legitime natus die 8 Julii 1845, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 7 Junii 1865. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 2 Julii 1869. [Obiit Bridge of Weir, 18 Apr. 1884.]

1862.

440. 20 Oct. **Antonius Goldie,** in parœcia Kilmartigue comitatus de Sligo Hiberniæ, Joanne Goldie et Brigitta Macanulty Catholicis legitime natus die 27 Decembris 1840, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 27 Martii 1864. Die 4 Novembris expleto secundo Philosophiæ anno consilio Rectoris ab Episcopo suo revocatus in Scotiam studia alibi prosecuturus, scholis Collegii Romani parum aptus, bonae tamen indolis. Ad sacerdotium postea promotus. [Obiit W. Calder, 28 Feb. 1890.]

441. 20 Oct. **Æneas Macfarlane,** apud Pontem Speañum in regione de Lochaber comitatus Invernessiensis, Petro Macfarlane ad fidem converso et Maria Macdonald Catholica legitime natus die 10 Januarii 1843, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 27 Martii 1864. Jam sacerdos, expletis studiis in Collegio mansit ut stenographi munere in Concilio Vaticano fungeretur et die 19 Julii 1870 ad Missionem rediit. Postea factus est Episcopus Dunkeldensis.

442. 20 Oct. **Alexander Chisholm,** apud Balblair prope Beauly comitatus Invernessiensis, Hugone Chisholm et Maria Anton Catholicis legitime natus die 30 Septembris 1847, baptizatus et confirmatus. Anno 1865 die 19 Aprilis ad sæculum reversus est studiis incompletis nec prima tonsura suscepta nec emisso juramento.

1866.

443. 3 Nov. **Thomas Fay,** Taodunensis, Joanne Fay Catholico et Anna Beattie ad fidem ante matrimonium conversa legitime natus die 1mo Auguste 1849, baptizatus et confirmatus. Die 29 Januarii 1869 discessit re infecta ad sæculum reversurus.

444. 3 Nov. **Matthaeus Brady,** apud Maryhill prope Glascuam, Joanne Brady et Agneti O'Neil Catholicis legitime natus die 3 Julii 1850, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 23 Martii 1869. Jam sacerdos ad missionem rediit die 15 Junii 1874. [France, 1905.]

1867.

445. 7 Oct. **Robertus Grant,** in regione de Glenlivet comitatus Banfiensis, Jacobi Grant et Joanna MacKay Catholicis legitime natus die 28 Martii 1850, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 17 Aprilis 1870. Moribus eximiis et ingenio præclaro, Superioribus, Magistris et æqualibus apprime carus morbo diutino patienter tolerato, sancte obiit in Collegio die 23 Decembris 1872, et sequente die in Ecclesia sepultus.

446. 7 Oct. **Jacobus Casey,** Edinburgensis, Jacob Casey Catholico et Janeta Muir Acatholica (postea autem ad fidem conversa) legitime natus die 16 Januarii 1851, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 17 Aprilis 1870. Pietatis exemplar et ingenii insignis sed valetudine infirma medicorum jussu in Patriam haud libenter reversus die 5 Julii 1871. Studiis in Scotia expletis, Sacerdos ordinatus, jubentibus iterum medicis Diœcesim Bathursten. In Australia petiit, quo Missio Scoticana ægre caruit.

1868.

447. 22 Oct. **Joannes Paul,** Aberdonensis, Alexander Paul Catholico et Christina Johnston Acatholica legitime natus die 23 Junii 1851, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 31 Martii 1872. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 4 Junii 1875. [Keith, 1905.]

448. 22 Oct. **Joannes Dyer,** apud Queenstown in Hibernia, Joseph Dyer Acatholico (postea ad fidem converso) et Catharina Scollard Catholica legitime natus die 1 Septembris 1851, baptizatus et

confirmatus. Juramentum emisit die 31 Martii 1872. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 4 Junii 1875. [Glasgow, 1905.]

1869.

449. 4 Jun. **Jacobus Bird,** apud Perthum, Thoma Bird et Helena Ryan Catholicis legitime natus die 27 Augusti 1849, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 31 Martii 1872. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 15 Junii 1874. [Newmains, 1905.]

450. 4 Jun. **Joannes MacLoy,** apud Aberdoniam, Daniele MacLoy et Helena Smith Catholicis legitime natus die 1 Januarii 1851, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 31 Martii 1872. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 15 Junii 1874.

451. 4 Jun. **Thomas Crumly,** Glasguensis, Josepho Crumly et Elisabeth Fitzsimons Catholicis legitime natus die 17 Februarii 1851, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 31 Martii 1872. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 15 Junii 1874. [Lochee, 1905.]

452. 11 Dec. **Petrus Ludovicus Butti,** Edinburgensis, Ludovico Butti et Elizabeth Mitchell (illo Catholico, hac vero ad fidem ante matrimonium conversa) legitime natus die 21 Februarii 1847, baptizatus et confirmatus, prima quoque tonsura initiatus. Juramentum emisit die 17 Aprilis 1870. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 16 Maii 1873. [Dundee, 1905.]

1874.

453. 20 Jul. **Gulielmus Stuart,** apud Tomnavoulin in regione de Glenlivet, comitatus Banfiensis, Carolo Stuart et Isabella MacHardy Catholicis legitime natus die 29 Novembris 1856, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 16 Aprilis 1876. Sacerdos anno 1879 factus ad Missionem rediit die 13 Junii 1881. [Tombæ, Ballindalloch, 1905.]

454. 20 Jul. **Joannes Ritchie,** Huntilææ in comitatu Aberdonensi, Alexandro Ritchie Catholico et Margarita Morrison ad fidem ante matrimonium conversa, legitime natus die 21 Maii 1857, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 16 Aprilis 1876. Sacerdos anno 1880 factus ad Missionem rediit die 12 Junii 1881. [Glasgow, 1905.]

455. 20 Jul. **Joannes Doherty,** apud Blairgowrie in comitatu Perthensi, Hugone Doherty et Anna MacGuire Catholicis legitime natus die 9 Octobris 1857, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 16 Aprilis 1876. Die 17 Maii 1877 medicorum consilio, infirmæ valetudinis causa in Patriam decessit. Sacerdos ordinatus est anno 1881. [Dundee, 1905.]

456. 20 Jul. **Michael Hughes,** Glasguensis, Felice Hughes et Bergitta Neville Catholicis legitime natus die 24 Maii 1858, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 16 Aprilis 1876. Sacerdos ad Missionem rediit die 13 Junii, 1881. [Glasgow, 1905.]

1877.

457. 29 Sept. **Gulielmus O'Brien,** Glasguensis Joanne O'Brien et Agnete O'Donnell Catholicis legitime natus die 22 Februarii 1860, baptizatus et confirmatus. Juramentum die 1 Novembris 1878 emisit. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 11 Junii 1883. [Glasgow, 1905.]

458. 29 Sept. **Jacobus MacGregor,** apud Keith in comitatu Banffiensi, Duncano MacGregor et Catharina Ross Catholicis legitime natus die 4 Aprilis 1860, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Novembris 1878. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 11 Junii 1883. [Rector, Blairs.]

459. 29 Sept. **Alexander Stuart,** in regione de Glenlivet Carolo Stuart et Elizabeth MacPherson Catholicis legitime natus die 11 Julii 1860, baptizatus et confirmatus. Juramentum die 1 Novembris 1878. Alumnus Donaldi Gordon Stuart. Factus Sacerdos ad Missionem rediit 11 Junii 1883. Postea munere Vice-Rectoris hujus Collegii functus est.

460. 29 Sept. **Thomas Connelly,** Taodunensis, Michaele Connelly et Maria Flannigan Catholicis legitime natus die 12 Septembris 1860, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1878. Studiis completis lauream S. Theologiæ consecutus est. Factus Sacerdos ad Missionem rediit die 26 Julii 1883. [Obiit Dundee, 27 Aug. 1889.]

461. 8 Oct. **Patritius MacAnaa,** prope Airdrie in comitatu Lanarkensi, Gulielmo MacAnaa et Catherina Dunion Catholicis legitime natus die 12 Maii 1856, baptizatus et confirmatus. Juramentum

emisit 18 Aprilis 1878. Sacerdos ad Missionem rediit die 15 Aprillis 1883. [Obiit Haddington, 25 Nov. 1898.]

462. 9 Oct. **Henricus Woods,** Edinburgensis, Henrico Woods et Maria Duffy Catholicis legitime natus die 8 Maii 1854, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 18 Aprilis 1878. Sacerdos ad Missionem rediit die 13 Junii 1882. [Edinburgh, 1905.]

463. 9 Oct. **Robertus Fraser,** apud Kennethmont in comitatu Aberdonensi, Roberto Fraser patre Acatholico et Joanna Gordon matre Catholica legitime natus die 10 Augusti 1858, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 18 Aprilis 1878. Studiis completis laurea S. Theologiæ insignitus est. Sacerdos anno 1882 factus ad Missionem rediit die 26 Julii 1883. Postea hujus Collegii Rector.

464. 9 Oct. **Hugo Williamson Gladstone,** Liverpolitanus, Joanne Murray Gladstone et Maria Magdalena Williamson Acatholicis legitime natus die 15 Maii 1851. Baptizatus fuerat sub conditione 11 Novembris 1871 et confirmatus 26 Decembris 1871. Ordinibus minoribus insignitus erat. Convictor non emisit juramentum. Die 29 Martii 1878 discessit cum licentia Rectoris nuper defuncti consentiente Archiepiscopo Glasguensi in Urbe modo degente ut in Congregationem Passionis D. N. I. C. cooptaretur. Trium Collegiorum convictor animi volubilis, in studiis parum profecit. Post tres menses in Congregatione supradicta transactos eidem et statui ecclesiastico valedixit. Tandem mortem sibi conscivisse dicitur.

1878.

465. 3 Nov. **Æneas MacDonald,** in Fort William diœcesis Ergadiensis et Insularum, Roderico MacDonald et Elizabeth MacRae Catholicis legitime natus die 9 Aprilis 1859, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 3 Maii 1879. Sacerdos ad Missionem rediit die 14 Junii 1884. [Rothesay, 1905.]

466. 3 Nov. **Joannes Sheehy,** apud Airdrie in comitatu Lanarkensi, diœcesis Glasguensis Joanne Sheehy et Rosanna Macluskie Catholicis legitime natus die 5 Julii 1859, baptizatus et confirmatus. Adscriptus diœcesi Candidæ Casæ. Juramentum emisit 3 Maii 1879. Sacerdos ad Missionem rediit die 14 Junii 1884. [Kilmarnock, 1905.]

1879.

467. 27 Sept. **Patritius Shivers,** dicœcesis Sti Andreæ et Edimburgi, Henrico Shivers et Maria Brennan Catholicis in parœcia Termoneerey comitatus Derriensis in Hibernia legitime natus die 13 Julii 1857, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 25 Martii 1880. Alumnus R. D. Ludovici Ferguson. Sacerdos anno 1883 factus ad Missionem rediit die 13 Junii 1884. [Denny, 1905.]

468. 27 Sept. **Gulielmus Rooney,** dicœcesis Sti Andreæ et Edinburgi, Hugone Rooney et Anna Coyle Catholicis legitime natus Edinburgi die 10 Augusti 1857, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 25 Martii 1880. Alumnus R. D. Ludovici Ferguson. Sacerdos anno 1884 factus ad Missionem rediit die — Junii 1885. Postea Vice-Rectoris munere in hoc Collegio functus est. [Galashiels, 1905.]

469. 6 Oct. **Joannes O'Neill,** dicœcesis Dunkeldensis, Eduardo O'Neill et Maria MacKay Catholicis legitime natus apud Blairgowrie die 17 Aprilis 1859, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 25 Martii 1880. Sacerdos ad Missionem rediit die 14 Junii 1884. [Alloa, 1905.]

470. 6 Oct. **Colinus MacKenzie,** dicœcesis Aberdonensis, Ludovico MacKenzie et Maria Grant Catholicis legitime natus apud Dunleugas in comitatu Banffiensi die 4 Junii 1859, baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 25 Martii 1880. Sacerdos ad Missionem rediit die 25 Martii 1885. [Glenlivet, 1905.]

471. 17 Oct. **Ludovicus de Backer,** dicœcesis Brugensis in Belgio, Ludovico de Backer et Benedicta Ionckheere Catholicis legitime natus Brugis die 8 Octobris 1857. Dicœcesis Glasguensis Convictor, baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad Missionem rediit die 11 Junii 1882. [Govan, 1905.]

1881.

472. 9 Junii. **Daniel Joseph O'Neil,** diocesis Glasguensis, Joanne O'Neil et Birgittæ Gallacher Catholicis legitime natus Glasguæ die 2 Martii 1854: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 8 Decembris 1881. Die 30 Aprilis 1882 consilio

medicorum cum licentia Ēmi Protectoris discessit morbo oculorum inveterato affectus.

473. 6 Oct. **Joannes Duffy,** diocesis Candidæ Casæ, Eduardo Duffy et Catharina Brien Catholicis legitime natus Britannoduni die 29 Octobris 1860: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 6 Aprilis 1882. Alumnus R. D. Ludovici Ferguson a mense Junio 1885. Sacerdos ad missionem rediit 30 Maii 1887. [Castle Douglas, 1905.]

474. 6 Oct. **Fredericus Hoban,** archidiocesis S. Andreæ et Edimburgi, Thoma Hoban et Anna Mullan Catholicis legitime natus Perthæ die 9 Augusti 1861: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 6 Aprilis 1882. Die 11 Aprilis 1887 iam sacerdos rediit ad missionem. [Haddington, 1905.]

475. 6 Oct. **Geraldus Stack,** archidiocesis Glasguensis, Thoma Stack et Maria MacElligall Catholicis legitime natus Glasguæ die 5 Februarii 1862. Juramentum emisit die 6 Aprilis 1882. Factus sacerdos ad missionem rediit die 13 Junii 1887. [Cambuslang, 1905.]

1882.

476. 31 Mar. **Joannes Carolus Matthias Ogilvie,** diocesis Aberdonensis Georgio Ogilvie [Forbes] et Joanna Cordiner Acatholicis legitime natus Aberdoniæ die 16 Februarii 1850 ingressus est uti convictor: baptizatus fuerat a ministro protestante et post abjurationem hæresis confirmatus ab Epō Birmingamiensi die 8 Feb. 1882. Ordinibus minoribus insignitus decessit e Collegio 6 Julii 1883. [Of Boyndlie, Fraserburgh.]

477. 4 Oct. **Ellis Patritius Rogan,** diocesis Glasguensis, Patritio Rogan Catholico et Hanna Williams ad fidem ante matrimonum conversa legitime natus ingressus est uti convictor: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 23 Aprilis 1883. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1888. Lauream theologicam cum laude assecutus est. [Glasgow, 1905.]

478. 23 Oct. **Patritius MacMahon,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Michaeli MacMahon et Helena MacLaughlan Catholicis legitime natus Perthæ dioces. Dunkelden. die 4 Martii 1863: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 23 Aprilis 1883. Sacerdos ad missionem rediit anno 1888. [Edinburgh, 1905.]

1883.

479. 5 Mar. **Rodericus Grant,** Edinburgensis, Jacobo Grant ad fidem converso et Christiana Brown Catholica legitime natus die 28 Octobris 1860 ingressus est uti Convictor Diocesis Westmonasteriensis sacro Subdiaconatus ordine titulo Missionis suscepto. Factus sacerdos ad diocesim rediit 14 Januarii 1885.

480. 8 Oct. **Carolus Aloysius Cunningham,** diocesis Glasguensis, Thoma Stewart Cunningham et Maria Clarke Catholicis legitime natus Glasguæ die 20 Januarii 1863: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 27 Aprilis 1884. Sacerdos ad missionem rediit 13 Junii 1886. [Glasgow, 1905.]

481. 10 Oct. **Joannes Forsyth,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi Joanne Forsyth Catholico et Helena Edridge Acatholica legitime natus apud Portobello die 24 Januarii 1861: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 27 Aprilis 1884. Alumnus nob. viri Radulphi Kerr. Concilio medicorum cum licentia Ēmi Protectoris in patriam reversus est die 16 Nov 1885. Postea ad presbyteratum evectus est. [Edinburgh, 1905.]

482. 10 Oct. **Joannes MacBain,** diocesis Aberdonensis, Alexandro MacBain ad fidem converso et Isabella Gordon Catholica legitime natus Huntlæi die 24 Novembris 1863: baptizatus et confirmatus. Alumnus Donaldi Gordon Stuart. Juramentum emisit 27 Aprilis 1884. Sacerdos ad missionem rediit die 17 Junii 1889. [Blairs Coll., 1905.]

1884.

483. 19 Oct. **Michael Lavelle,** diocesis Dunkeldensis, Eduardo Lavelle et Julia Hastings Catholicis legitime natus apud Westport in Diocesi Tuamensi in Hibernia die 20 Januarii 1860: baptizatus, quatuor minoribus ordinibus insignitus. Juramentum emisit 1 Maii 1885. Factus sacerdos ad missionem rediit die 12 Junii 1887. [Perth, 1905.]

484. 19 Oct. **Joannes Carolus Meany,** diocesis Aberdonensis, Gulielmo Meany et Margarita Fraser Catholicis legitime natus apud Beauly die 5 Martii 1860: baptizatus, confirmatus et quatuor

ordinibus minoribus insignitus. Juramentum emisit 1 Maii 1885. Sacerdos ad missionem rediit die 15 Maii 1887. [Aberdeen, 1905.]

485. 19 Oct. **Gulielmus MacKenzie,** diocesis Ergadiensis et Insularum, Colino MacKenzie et Anna Chisholm Catholicis natus apud Findon in comitatu Rossensi Diocesis Aberdonensis die 14 Maii 1861: baptizatus, confirmatus et quatuor ordinibus insignitus. Juramentum emisit 1 Maii 1885. Sacerdos ad missionem rediit die 11 Aprilis 1887. [Barra, 1905.]

486. 19 Oct. **Patritius Henricus Doherty,** diocesis S. Andreæ et Edimburgensis, Joanne Doherty et Maria MacIvor Catholicis legitime natus Edimburgi die 26 Octobris 1862: baptizatus et confirmatus. Alumnus R. D. Ludovici Ferguson. Juramentum emisit 1 Maii 1885. Sacerdos factus obiit in Collegio die 23 Junii 1889 et sepultus est in Agro Verano.

1885.

487. 5 Oct. **Carolus Antonius De Monti,** diocesis Glasguensis, Josepho De Monti et Maria Anna Galletti Catholicis legitime natus Glasguæ die 22 Martii 1866: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 22 Aprilis 1886. Sacerdos ad missionem rediit die 13 Julii 1890. [Obiit 1 Apr. 1903.]

488. 5 Oct. **Jacobus Mullin,** diocesis Glasguensis, Jacobo Mullin et Maria Fitzpatrick Catholicis natus Glasguæ 16 Februarii 1867: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 22 Aprilis 1886. Sacerdos ad missionem rediit die 21 Junii 1891 laurea theologica insignitus. [Glasgow, 1905.]

1886.

489. 30 Sept. **Jacobus Henderson,** diocesis Aberdonensis, Jacobo Henderson Acatholico (postea ad fidem converso) et Maria Johnstone Catholica legitime natus apud Keith die 12 Octobris 1867: baptizatus et confirmatus. Alumnus D. Roberti Glendonwyn Gordon de Letterfourie. Juramentum emisit 7 Aprilis 1887. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1891. [Obiit Fraserburgh, 28 Feb. 1897.]

490. 30 Sept. **Thomas MacDonald,** diocesis Aberdonensis, Thoma MacDonald et Elizabetha MacDonald Catholicis legitime natus

apud Fanblair prope Beauly, die 3 Decembris 1867: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 7 Aprilis 1887. Adversa valetudine laborans medicorum consilio de licentia Ēmi Protectoris in patriam reversus est anno 1888. Postea Parisiis studiis operam dedit et factus est sacerdos. [Obiit Aberdeen, 3 Feb. 1902.]

1887.

491. 8 Oct. **Patritius Green,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Thoma Green et Honora Maguire Catholicis legitime natus apud Portlan comitatus Waterford in Hibernia die 10 Martii 1867: baptizatus et confirmatus. Adversa valetudine laborans de licentia Ēmi Protectoris in Scotiam reversus die 1 Septembris 1891 ordine subdiaconatus insignitus. Postea in patria ordinatus est sacerdos. [Falkirk, 1905.]

492. 8 Oct. **Matthæus Relihan,** diocesis Dunkeldensis, Matthæo Relihan et Bergitta Boland Catholicis legitime natus in Crieff die 23 Octob. 1867: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Novembris 1888. Prætextu valetudinis de licentia Ēmi Protectoris in patriam reversus est.

493. 8 Oct. **Georgius Gordon Nicol,** Aberdonensis, Joanne Nicol et Margarita Day Catholicis legitime natus die 7 Julii 1868 apud Clunybeg: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Novembris 1888. Sacerdos ad missionem rediit mense Decembri 1892. [Tomintoul, 1905.]

494. 8 Oct. **Joannes MacWeeney,** diocesis S. Andreæ et Edimburgensis, Joanne MacWeeney et Helena Monaghan Catholicis natus apud Dunse die 5 Octobris 1868: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Nov. 1888. Die 29 Aprilis 1890 de consilio confessarii cum licentia Ēmi Cardinalis Protectoris discessit ordinibus minoribus insignitus.

495. 9 Oct. **Joannes Joseph MacKay,** diocesis Dunkeldensis, Joanne MacKay et Maria Green Catholicis legitime natus apud Aberfeldy die 15 Novembris 1867: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Novembris 1888. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1893. [Obiit Dundee, 5 Mar. 1895.]

496. 9 Oct. **Patritius Birnie,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Patritio Birnie et Christina Waldie, illo Catholico, hac Acatholica postmodum ad fidem conversa legitime natus Edimburgi die 30 Sept. 1868: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Novembris 1888. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1893. [Grangemouth, 1905.]

497. 22 Oct. **Robertus Carmont,** diocesis Candidæ Casæ, Jacobo Carmont et Lucia Carruthers Catholicis legitime natus Dumfrisii die 25 Oct. 1868: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1893. [Kilmarnock, 1905.]

1888.

498. 19 Oct. **Duncanus MacVarish,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Joanne MacVarish et Anna Robertson Catholicis legitime natus apud Kingairloch comitatus Ergadiensis die 21 Decembris 1864: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Nov. 1889. Legibus Collegii fraudem faciens et studiorum negligens cultor submotus fuit cum licentia Ēmi Protectoris 8 Julii 1890.

499. 19 Oct. **Carolus Murdoch,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Joanne Murdoch et Margarita Bennett Catholicis legitime natus apud Blairs in comitatu de Kincardine die 22 Januarii 1870. Baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1889. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1895. [Loanhead, 1905.]

500. 19 Oct. **Antonius Sweeney,** diocesis Dunkeldensis, Petro Sweeney et Helena MacCurdy Catholicis legitime natus apud Dundee die 13 Februarii 1870. Baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Novembris 1889. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1894. [Dundee, 1905.]

501. 19 Oct. **Joannes Stuart,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi Joanne Stuart et Margarita Stuart Catholicis legitime natus apud Glenlivet die 16 Martii 1870. Baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Novembris 1889. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1895.

502. 19 Oct. **Josephus Thomson,** diocesis Aberdonensis, Jacobo Thomson ab hæresi converso et Maria Robertson Catholica

legitime natus apud Fochabers die 11 Septembris 1872: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit die 1 Nov. 1889. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1896. [Aboyne, 1905.]

503. 19 Oct. **Joannes Doherty,** diocesis Candidæ Casæ, Jacobo Doherty et Agnete Gray apud Aldershott in Anglia legitime natus die 11 Aprilis 1873: baptizatus et confirmatus. Juramentum emisit 1 Nov. 1889. De consilio confessarii cum licentia Ēmi Protectoris discessit ad sæculum rediens.

1889.

504. 4 Oct. **Henricus Forbes,** diocesis Glasguensis, Joanne Forbes Catholico et Catharina MacDonald ad fidem conversa legitime natus die 25 Octobris 1867 apud Tomintoul. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1895. [St. Peter's Coll., New Kilpatrick, 1905.]

505. 4 Oct. **Andreas Grant,** diocesis Aberdonensis, Georgio Grant et Maria Burnett ad fidem conversa legitime natus apud Braemar die 24 Februarii 1869. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit die 15 Aprilis 1895. [Aberdeen, 1905.]

506. 4 Oct. **David Robertson,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Davide Robertson ad fidem conversa et Anna Stuart Catholica legitime natus apud Rothiefyvie comitatus Aberdonensis die 14 Decembris 1867. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1895. [Dumfermline, 1905.]

507. 22 Oct. **Petrus O'Connor,** diocesis Glasguensis, Jacobo O'Connor et Anna O'Brien Catholicis legitime natus apud Kilwinning die 29 Octobris 1865. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1893.

1890.

508. 11 Oct. **Michael Joyce,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Joanne Joyce et Helena Heaney Catholicis legitime natus in Temple prope Coatbridge die 4 Augusti 1869. Baptizatus et confirmatus. Discessit re infecta.

509. 14 Oct. **Carolus Fleming,** diocesis Glasguensis, Carolo Fleming et Alicia Terry Tindell ad fidem conversa legitime natus in

Gateshead super Tynam die 29 Aprilis 1869. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit mense Junio 1896. [Carluke, 1905.]

1891.

510. Jun. **Gulielmus Robertson,** diocesis Glasguensis ab Archiepiscopo illius diocesis ad collegium missus ingressus est mense Junio: post paucos autem menses obtenta venia abeundi discessit nec de eo quidquid postea compertum.

511. Oct. **Stephanus Thornton,** diocesis Glasguensis, Matthæo Thornton et Margarita Hughes Catholicis legitime natus die 20 Januarii 1871: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit 9 Junii 1897. [Glasgow, 1905.]

512. 27 Oct. **Joannes Joyce,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Joanne Joyce et Helena Heaney Catholicis legitime natus apud Stow die 19 Julii 1870: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit die 29 Maii 1897. [Tranent, 1905.]

1892.

513. **Jacobus MacNulty,** diocesis Candidæ Casæ. Mense Julio 1894 discessit cum licentia Ēmi Protectoris.

514. 20 Oct. **Josephus McGrail,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi Laurentio McGrail et Rosa MacTiernan Catholicis legitime natus die 10 Martii 1873: baptizatus et confirmatus. Cum iam in eo esset ut ad ordines sacros et presbyteratum promoveretur re infecta decessit mense Aprilis 1897. Post novem menses cum consensu Ordinarii sui ad Collegium regressus est ut per aliquot menses studiis operam daret et sacros ordines reciperet. Sacerdotio mense Julio 1898 initiatus ineunte mense Septembris eiusdem anni in patriam rediit. [Dunbar, 1905.]

515. 20 Oct. **Thomas Joyce,** diocesis Candidæ Casæ, Riccardo Joyce ad fidem conversa et Margarita Mullan Catholica legitime natus in Broxburn die 12 Octobris 1873: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ad missionem rediit 11 Junii 1897. [Glasgow, 1905.]

516. 20 Oct. **Riccardus Hogan,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Michæle Hogan et Margarita MacGuire Catholicis legitime natus Glasguæ die 19 Octobris 1873: baptizatus et confirmatus.

Sacerdos anno 1897 ordinatus, die 14 Junii 1898 in patriam rediit. [Lochgelly, 1905.]

517. 20 Oct. **Eduardus Miley,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Thoma Miley et Marie Wilkie Catholicis legitime natus 30 Decembris 1892: baptizatus et confirmatus. Sacerdos anno 1897 ordinatus, die 14 Junii 1898 ad missionem rediit. [Linlithgow, 1905.]

518. 20 Oct. **Georgius Bennet,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Georgio Bennet et Jemima Pearey Catholicis legitime natus Antiguæ die 24 Junii 1875: baptizatus et confirmatus. Vigilia Paschæ 1898 sacerdotio initiatus est. Primus inter alumnos hujus Collegii, quoad sciatur, qui triplici laurea Philosophiæ Theologiæ et Juris Canonici insignitus est. In patriam mense Julio 1901 reversus est. [Edinburgh, 1905.]

1893.

519. 9 Oct. **Gulielmus Casey,** diocesis Candidæ Casæ, Bartholomæo Casey et Anna Ferguson Catholicis legitime natus in Fort-William die 28 Octobris 1870: baptizatus et confirmatus. Discessit re infecta mense Julio 1894. Postea in collegium Sti Petri Glasguense mense Augusto ejusdem anni ingressus est et post annum sacerdotio initiatus est. [Obiit 17 Aug. 1903.]

520. 9 Oct. **Joannes McCabe,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Eduardo MacCabe et Alicia Clarke Catholicis legitime natus Lanarci 23 Novembris 1872. Baptizatus et confirmatus. Discessit re infecta mense Junio 1894.

521. 9 Oct. **Andreas Murdoch,** diocesis Aberdonensis, Joanne Murdoch et Margarita Bennett Catholicis legitime natus apud Maryculter die 7 Januarii 1874. Baptizatus et confirmatus. Mense Augusto 1897 in patriam revocatus est ut in Collegio Blairensi Professoris partes impleret ac insequenti mense ibi omnes sacros ordines recepit. [Blairs College, 1905.]

522. 9 Oct. **Joannes MacMillan,** diocesis Glasguensis, Joanne MacMillan et Rosa MacLean Catholicis legitime natus apud Springburn die 13 Decembris 1875: baptizatus et confirmatus. Sacerdos die 11 Junii 1899 in patriam transit. [Glasgow, 1905.]

523. 9 Oct. **Joannes McDaniel,** diocesis Dunkeldensis Petro McDaniel et Birgitta Lynch Catholicis legitime natus die 18 Aprilis 1873.

Baptizatus, confirmatus et prima tonsura initiatus. Sacerdos ad missionem rediit mense Aprilis 1897. [Dundee, 1905.]

1894.

524. 18 Oct. **Henricus Clarke,** diocesis Candidæ Casæ, Jacobo Clarke Catholico et Maria Anna Barrie Acatholica legitime natus apud Inverness die 25 Decembris 1875. Baptizatus et confirmatus. Factus sacerdos anno 1900 ad missionem rediit mense Junio 1901. [Wigtown, 1905.]

525. 18 Oct. **Jacobus MacDermott,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Jacobo MacDermott et Sara Teresa MacDonagh Catholicis legitime natus die 13 Julii 1863. Baptizatus et confirmatus. Ob infirmam valetudinem in patriam rediit mense Septembris 1896. Mense Januarii 1898 in patria ordinatus est sacerdos. Mortuus est 1901.

526. 22 Oct. **David Joannes Fairley,** diocesis Dunkeldensis, Jacobo Fairley et Jesse Grant, illo Catholico, hac ex Acatholica ad fidem conversa legitime natus apud Dysart die 24 Julii 1876. Baptizatus et confirmatus. Ob infirmam valetudinem de consilio medici et cum consensu Ēmi Protectoris die 26 Maii 1898 in patriam rediit. Mortuus est Taoduni in domo paterna die 9 Januarii 1899. Erat juvenis pietatis insignis et ingenii haud mediocris.

527. 22 Oct. **Hugo McGettigan,** diocesis Glasguensis, Antonio McGettigan et Birgitta Friel Catholicis legitime natus apud Glen in comitatu Donegal. Dioces Raphoen. in Hibernia die 12 Martii 1877. Baptizatus et confirmatus. Ex consilio medici cum consensu Ill^{mi} e Rev^{mi} D. Secretarii S. C. de Prop. Fide (Ēmus enim Protector tunc aberat) mense Augusto ineunte in patriam transiit nec amplius huc regressus est. Post aliquot menses in seminario diocesano Glasguensi transactos mense Maio 1890 re infecta in sæculum rediit.

1895.

528. 18 Oct. **Bernardus Eardley,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Joanne Eardley et Margarita Lacey Catholicis legitime natus in

Broxburn die 22 Novembris 1874: baptizatus et confirmatus. Sacerdos anno 1899 factus mense Maio anni insequentis in patriam rediit. [Bathgate, 1905].

529. 18 Oct. **Georgius Grant,** diocesis Aberdonensis, Georgio Grant Catholico et Maria Burnett ad fidem conversa legitime natus apud Braemar die 18 Februarii 1877: baptizatus et confirmatus. Anno 1900 factus sacerdos mense Junio 1901 ad missionem rediit. [Aberdeen, 1905.]

530. 21 Oct. **Gulielmus O'Raw,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Riccardo O'Raw et Anna MacMahon Catholicis legitime natus in Kilsyth die 20 Augusti 1876. Baptizatus et confirmatus. Anno 1900 ordinatus sacerdos in patriam rediit. [Lochgelly, 1905.]

531. 21 Oct. **Donaldus Mackintosh,** diocesis Ergadiensis et Insularum, Donaldo Mackintosh et Christina MacDonald Catholicis legitime natus apud Glasnacardoch in Ardnamurchan die 10 Octobris 1877. Anno 1900 sacerdos ordinatus postea remansit in Collegio Vice-Rectoris munere functurus. Lauream tam in philosophia quam in theologia adeptus est cum laude omnino insigni ob copiam doctrinæ ac ingenii celeritatem. [Rome, 1905.]

532. 20 Nov. **Fredericus Franciscus Orosz,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Francisco Orosz et Joanneta Sleigh Acatholicis, postea ad fidem conversis legitime natus Edimburgi die 29 Martii 1867, abjurata hæresi, sub conditione baptizatus die 24 Octobris 1879 et confirmatus die 10 Maii 1885. Consilio medicorum de consensu Emi Protectoris discessit 15 Maii 1897. A juramento missionis, audito prius Archiepiscopi S. Andreæ et Edimburgi voto, a S. C. Propagandæ Fidei die 14 Junii 1898 absolutus est. Ordinatus est anno 1900 sacerdos ab Episcopo Januensi.

1896.

533. Oct. **Gulielmus Stephen,** sub finem mensis Octobris 1896 hoc Collegium ingressus est. Post decem menses re infecta decessit. Juramentum nunquam emisit.

1897.

534. 16 Oct. **Joannes Simpson,** filius Jacobi Simpson et Elizabethæ Wright Aberdoniæ legitime natus die 2 Novembris 1876.

Alumnus diocesis Aberdonensis hoc collegium ingressus est baptizatus, confirmatus et tonsuratus. Sacerdos anno 1900 factus, mense Maio anni insequentis ad missionem rediit. [Fetternear, 1905.]

535. 16 Oct. **Joannes O'Hanlon,** diocesis Candidæ Casæ, Patritio O'Hanlon et Anna Riach die 18 Junii 1878 legitime natus: baptizatus et confirmatus. Anno 1900 ob infirmam valetudinem ad tempus domum rediit at post menses XV in Collegium regressus est. Novem inibi mensibus transactis iterum discedere coactus est adversæ valetudinis causa. Postea in Seminarium Glasguense se contulit.

536. 16 Oct. **Gulielmus Mellon,** diocesis Sti Andreæ et Edimburgi, die 6° Januarii 1877 legitime natus Edimburgi ex conjugibus Henrico Mellon et Alicia Jones, baptizatus et die 6° Junii 1887 ab Ill^mo et Rev^mo Gulielmo Smith Archiepescopo Sti Andreæ et Edimburgi confirmatus. Sacerdos anno 1902 factus post annum in patriam studiis confectis rediit. [Balerno, 1905.]

537. 16 Oct. **Petrus Burns,** ejusdem diocesis, filius conjugum Bernardi Burns et Mariæ Walshe Edimburgi die 19 Februarii 1879 natus: baptizatus ac confirmatus. Sacerdos in solemnitate Omnium Sanctorum anno 1903 factus, statim post pascha 1904 cum licentia Em̄i Protectoris, urgente sacerdotum in illa diocesi paucitate in patriam rediit. [West Calder, 1905.]

538. 16 Oct. **Joannes Dominicus Wood,** ejusdem diocesis, filius Petri Wood et Joannæ Mieklejohn conjugum Novicastri in Anglia die 19 Augusti 1879 legitime natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdotio in solemnitate OO. SS. anni 1903 auctus post octo menses in patriam rediit. [Broxburn, 1905.]

539. Nov. **Joannes Nicholas Murphy,** diocesis Candidæ Casæ, filius Hugonis Murphy et Saræ McCormick conjugum apud Dumfries die 27 Augusti 1878 natus Collegium Urbanum de Propaganda Fide ineunte mense Novembris 1897 est ingressus: at quum vitam ibi ægre ferret, tanquam convictor ad hoc Collegium post decem dies pertransiit. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos in patriam versus finem Maii 1903 rediit. [Dumfries, 1905.]

1898.

540. 22 Oct. **Joseph Keenan**, diocesis Dunkeldensis, filius Joannis Keenan et Susannæ Monaghan conjugum Taoduni die 12 Septembris 1877 natus: baptizatus, confirmatus et tonsuratus. Sacerdos anno 1901 ordinatus, mense Junio anni insequentis in patriam reversus est. [Perth, 1905.]

541. 22 Oct. **Gulielmus MacLennan**, diocesis Ergadiensis et Insularum filius Æneæ MacLennan et Mariæ Macintyre conjugum apud Morar in comitatu Inverness die 2ª Octobris 1878 natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ordinatus in patriam mense Junio 1901 rediit. [Lochboisdale, 1905.]

542. 22 Oct. **Thomas Gillon**, diocesis Sti Andreæ et Edimburgi, apud Ratho conjugibus Thoma Gillon et Helena Killorn legitime natus die 26 Decembris 1878: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ante Pascha ordinatus mense Junio 1903 studiis completis in patriam profectus est. Collegii legum observantissimus, et pietatis maxime studiosus. [Stirling, 1905.]

543. 22 Oct. **Jacobus MacDonald**, diocesis Sti Andreæ et Edimburgi, apud Lennoxtown die 25 Maii 1880 conjugibus Joanne MacDonald et Anno MacCahill legitime natus. Baptizatus et confirmatus. Sacerdos in solemnitate OO. SS. 1903 ordinatus mense Junio 1904 in patriam rediit. [Edinburgh, 1905.]

544. 23 Oct. **Patricius Loy**, diocesis Aberdonensis, conjugibus Bernardo Loy et Helena Loughran legitime natus apud Birnie Knowe in comitatu Ayr 3° Februarii 1879: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ante Pascha factus mense Junio 1903 studiis confectis in patriam reversus est. [Fort William, 1905.]

545. 25 Oct. **Joannes Gray**, die 10 Martii 1866 conjugibus Joanne Gray et Anna Williamson legitime natus et sub conditione die 14 Februarii 1890 post hæresim ejuratam in Ecclesia apud Lincoln Inn Fields Londini baptizatus, ab Ill^mo^ et Rev^mo^ Jacobo Laird Patterson Episcopo Emmausiensi in Ecclesia Stæ Mariæ apud Chelsea confirmatus uti Convictor ingressus est: postea diocesi Sti Andreæ et Edimburgi adscriptus. Sabbato IV Temporum mense Decembris anni 1901 sacerdos ordinatus, mense Maio anni insequentis e Collegio discessit et post tres

menses Friburgi in Hilvetia studiorum causâ transactos in diocesim suam transiit. [Edinburgh, 1905.]

546. 25 Oct. **Joannes Roger, diocesis Aberdonensis, ex conjugibus** Alexandro Roger et Elspit Largue legitime natus prope Banff die 14 Januarii 1878: baptizatus et confirmatus. Mense Junio 1903 studiis confectis et sacerdotio auctus ad patriam regressus est. [Aberdeen, 1905.]

547. 25 Oct. **Franciscus Cronin,** diocesis Aberdonensis, apud Lossiemouth die 4 Augusti 1879 conjugibus Patritio Cronin et Catherina Shea legitime natus. Baptizatus et confirmatus. Sacerdotio in solemnitate OO. SS. 1903 auctus et lauream theologicam cum laude adeptus in patriam mense Maio 1904 rediit. [Aberdeen, 1905.]

548. 25 Oct. **Joannes Alanus Gray,** diocesis Sti Andreæ et Edimburgensis, die 3 Februarii 1873 apud Cornhill in comitatu Banff conjugibus Georgio Gray et Christina Gordon legitime natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ante festa natalitia 1902 factus mense Junio in patriam regressus est. [Falkirk, 1905.]

1899.

549. 23 Oct. **Alexander Mackintosh,** diocesis Glasguensis, apud Bunroy Lochaber die 21 Aprilis 1878 legitimis conjugibus Alexandro Mackintosh et Jessica MacVarish natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos vigilia Paschatis 1904 ordinatus, die 12 Junii 1905 in patriam rediit. [Glasgow, 1905.]

550. 23 Oct. **Jacobus Kelly,** ejusdem diocesis, apud Paisley die 20 Februarii 1879 legitimis conjugibus Jacobo Kelly et Agnete Burns natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos ante festum Paschatis 1903 factus ad finem mensis Junii studiis confectis et laurea theologica insignitus in patriam reversus est. [Glasgow, 1905.]

551. 23 Oct. **Joannes Noonan,** diocesis Dunkeldensis, Taoduni die 18 Januarii 1880 conjugibus Joanne Noonan et Catharina Logan legitime natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos festo S. Joannis Baptistæ anno 1904 ordinatus est. Die Ascensionis anni insequentis e Collegio profectus est ut in suam diocesim rediret. [Blairs College, 1905.]

552. 25 Oct. **Alexander (Alistair) Smith-Steinmetz,** diocesis Sti Andreæ et Edimburgi, legitimis conjugibus Jacobo Smith et Margarita Steinmetz natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos in Scotia die 8 Septembris 1902 ordinatus in patriam studiis confectis et laurea theologica insignitus mense Julio 1903 rediit. [Galashiels, 1905.]

553. 25 Oct. **Alfridus Smith-Steinmetz,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, die 28 Decembris 1881 apud Inzievar in comitatu Fifensi conjugibus Jacobo Smith et Margarita Steinmetz legitime natus: baptizatus et confirmatus. Vigilia Paschatis 1905 sacerdotio auctus est.

1900.

554. 21 Oct. **Thomas Ignatius McGovern,** diocesis Sti Andreæ et Edimburgi, conjugibus Francisco McGovern et Maria MacTernan Edimburgi die 25 Maii 1879 legitime natus: baptizatus et confirmatus. Ex consilio Ēmi Protectoris mense Junio 1902 in sæculum rediit.

555. 21 Oct. **Dominicus Hart,** ejusdem diocesis, conjugibus Joanne Hart et Catharina McMullan apud Denny die 1 Septembris 1882 legitime natus: baptizatus et confirmatus. Vigilia Paschatis 1905 sacerdotio initiatus est.

556. 23 Oct. **Patritius Keenan,** diocesis Aberdonensis, conjugibus Jacobo Keenan et Marie Martin Aberdoniæ die 25 Martii 1880 legitime natus: baptizatus, confirmatus et tonsuratus. Sacerdos sub finem Junii in patriam rediit. [Inverness, 1905.]

557. 23 Oct. **Alexander Taylor,** diocesis Glasguensis, apud Greenock die 1 Julii 1877 conjugibus Jacobo Taylor et Rosa Anna Nimmo legitime natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos festo S. Jacobi Apostoli anni 1903 rite ordinatus, et versus finem mensis Junii anni insequentis studiis completis et laurea theologica insignitus ad missionem profectus est ubi post undecim menses animarum zelo consumptos morbo lethali correptus vitam sancte finivit. [Obiit Govan 29 May 1905.]

558. 25 Oct. **Jacobus Alexander Walton,** origine ex diocesi Liverpolitano, domicilio autem e Westmonasteriensi, conjugibus Josepho

Walton equite et Teresa Darcy die 24 Aprilis 1877 legitime natus: baptizatus et confirmatus. Sacerdos vigilia Paschatis 1904 factus, post annum studiis completis ad diocesim suam rediit. [London, 1905.]

559. 25 Oct. **Eduardus Wellesley Colley**, diocesis Westmonasteriensis in Anglia, conjugibus Philippo Colley et nobili femina Lucia Petre die 24 Novembris 1881 in comitatu Essex legitime natus: baptizatus et confirmatus. Quum non esset nisi convictor juramentum non emisit. Mense Maio 1903 ad novitiatum Societatis Jesu pertransiit.

[On the 5th December 1900 the College celebrated its third centenary and with this event the publication of the College Register may appropriately come to a close. In these three hundred years the average number of new students year by year has been less than two: it is four years since this celebration and in the interval thirty-one students have been enrolled, or an average of practically eight additional students each session. —*R. F.*]

NOMINA CONVICTORUM

Collegii Scotorum de Urbe.

1623.

1. **Josephus Mora.** Discessit 1630 7 Martii.

1630.

2. 8 Dec. **Thomas Baro de Cromartie,** Scotus. Disc. 1631 18 Junii.

1632.

3. 9 Nov. **Ambrosius Spinola,** Genuensis 9 Nov. Disc. 1634.

1635.

4. **Aloysius Pongo.** Disc. 1636.
5. **ffranciscus Carracioli,** Neapol. Disc. 1636.

1637.

6. **Bartholomæus Cusani,** Parmensis. Disc. 1637.
7. 6 Oct. **Carolus Pallavicini.** Disc. 1641 in Maio.

1638.

8. 5 Maii. **Vincentius Riccius,** Abbas. Disc. 1643.

1640.

9. 15 Nov. **Patricius Conn,** Scotus. Disc. 1644.

1649.

10. 15 Nov. **Andreas Hay,** Scotus. Disc. 1652.

1652.

11. 5 Nov. **Octavius Carracioli,** Neap. Disc. 1654.

1653.

12. 10 Junii. **Gulielmus Robertson,** Scotus. Disc. 1662.
13. **ffranciscus Hort,** Germanus Canonicus. Disc. 1655.
14. **Gualterus Leth,** Scotus. Disc. 1656.

1664.

15. **Alexander Leslie,** Scotus. Disc. 1666.

1670.

16. 15 Dec. **Christophorus Irvin,** Scotus. Disc. 1673 7 Septemb.

1671.

17. 2 Apr. **Joannes Lucas Pinelli,** Genuensis. Disc. 1671 10 Sept.
18. 7 Jan. **Dominicus Lamelini,** Genuensis. Disc. 1671 7 Maii.

1673.

19. Jan. **Joannes Podesta.** Disc. 1673 in Martio.
20. 18 Feb. **Fabius Gallucii,** Neapolitanus. Disc. 1676 18 Febr.
21. **Joannes Baptista Capuci,** Neapol. in Autumno. Disc. 1673 post mensem.
22. 1 Oct. **Joannes White,** Anglus. Disc. 1674 1 Martii.
23. 1 Oct. **Gulielmus Fraser,** Scotus Aberdonensis. Disc. 1674 1° Martii.
24. 4 Dec. **Vincentius Cavalcanti,** Florentinus Canonicus. Disc. 1675 18 Junii.

1674.

25. 25 Oct. **Gulielmus Skeine** de Skeine, Scotus Aberd. Disc. 1675 30 April.

1676.

26. Jan. D. **Joannes Tyburn,** Anglus. Disc. 1676 in Martio.
27. Jan. D. **Patricius Conn,** Scotus. Disc. 1676 in Martio.

1674.

28. 4 Nov. **Josephus Rini,** Abbas Siculus. Disc. 1676 1 Febr.

1675.

29. 26 Jan. **Philippus Cattaneus,** Genuensis, Comes. Disc. 1675 16 Septem.

1679.

30. 17 Aug. **Ernestus de Croyengreife,** Baro. Disc. 1679 29 Octob.

1689.

31. 1 Julii. **Joannes Lithcot,** Eques Anglus. Disc. 1690 3 Maii.

1698.

32. 4 Oct. **Joannes Conne.** Disc. Galliam versus. Maii 1700.

1699.

33. 6 Junii. **Jacobus Camœllus.**

1702.

34. 6 Maii. **P. Seraphinus Sabi,** Chius Monachus S. Basilli.

1755.

35. 1 Nov. **Petrus Freser,** Scotus.

1824.

36. 3 Nov. **Antonius Bonelli.** Die 10 Martii 1826 disc.

37. 19 Dec. **Alexander Bonelli.** Die 17 Junii 1826.

[The system of registering Convictors of late years has been an arbitrary one. Sometimes their names were entered with the other students, sometimes they were registered separately. I find in the second volume of the Register a section entitled "Nomina Convictorum ab anno 1884".—*R. F.*]

1884.

38. R. Dom. **Osmundus Egan,** O.S.B. Mense Julio 1884 discessit.

39. R. Dom. **Wulstanus Parkes,** O.S.B. Mense Julio 1884 discessit.

40. Fr. **Josephus Power,** O.S.B. Mense Julio 1884 discessit.

41. 15 Oct. **Dionysius Florentius Sheil,** die 19 Junii 1865 Justino Sheil equite et Maria Woulfe conjugibus et Catholicis legitime

natus: **baptizatus et confirmatus. Sacerdos completis studiis discessit ingressurus deinde Congregationem Oratorii.**

42. Fr. **Joseph MacConnell,** O.S.B. Die 25 Octobris 1885 discessit.

43. R. Dom. **Hugo Edmundus Ford,** O.S.B. Die 6 Julii 1885 discessit.

44. R. Dom. **Joannes Ildephonsus Cummins,** O.S.B. Die 6 Julii 1885 discessit.

1885.

45. **Joannes Stevenson Lyle.** Sacerdos anno 1889 completis studiis discessit.

46. **Eduardus Pereira.** Die . . . Decembris 1885 medicorum consilio adversa valetudine laborans in patriam rediit: factus sacerdos in congreg. Oratorii.

47. **Basilius St. Laurence Gaisford,** diocesis Suthwarcensis, Thoma Gaisford et Emilia St. Lawrence e comitibus de Howth ad fidem conversis legitime natus apud Offington-Worthing in comitatu Sussex die 7 Novembris 1867: baptizatus et confirmatus. Sacerdos discessit mense Junio 1892. Post aliquot annos inter familiam S. Alphonsi annumeratus est.

1887.

48. 29 Oct. **Christianus van den Biesen,** sacerdos Congregationis Sti Joseph Missionum a Collegio de Mill-hill Romam a superioribus studiorum perficiendorum causa missus. Anno 1889 iam sacerdos discessit.

49. **Carolus Jacobus Duthie,** diocesis S. Andreæ et Edimburgi, Archibaldo Hamilton Duthie et Maria Murray Acatholicis legitime natus die 23 Octobris 1841 apud Sittingbourne in Anglia ex ministro Anglicano ad fidem converso hoc Collegium ingressus est . . .: baptizatus et confirmatus. Anno 1890 sacerdos ad missionem rediit. [North Berwick, 1905.]

1888.

50. **Dudley Cary Elwes,** diocesis Northantoniensis in Anglia, Valentino Cary Elwes et Alicia Ward ad fidem conversis legitime natus apud Nice in Gallia die 5 Februarii 1868. Anno 1889 infirma valetudine discessit.

1889.

51. **Patritius Philippus Mescall,** diocesis Westmonasteriensis, Thoma Mescall et Joanna Cunningham Catholicis legitime natus die 20 Februarii 1864 hoc Collegium iam sacerdos anno 1889 ingressus est: anno 1890 infirma valetudine abiit.

52. **Fredericus Gulielmus Rolfe,** diocesis Westmonasteriensis, Jacobo Rolfe et Helena Elizabeth Pilcher Acatholicis legitime natus Londini. . . .

53. **Leslie Beauchamp Lassetter,** Frederico Lassetter et Carlotta Anna Iredale Acatholicis legitime natus ad fidem conversus. Anno 1890 discessit et in Congregationem SS̄mi Redemptoris ingressus est in qua etiam sacerdos ordinatus est.

1891.

54. 28 Oct. **Josephus Young.** Discessit anno 1892.

55. Nov. **Adrianus Knottesforde Fortescue.** Die 9 Julii 1894 discessit.

1892.

56. Nov. **Basilius Feilding,** filius Rudolphi Comitis de Denbigh et Maria Berkeley anno 1873 natus. Sacerdos in festis paschalibus 1898 ordinatus ad diocesim suam anno insequenti profectus est duplici laurea, philosophica, nempe et theologica insignitus.

1894.

57. 25 Oct. **Josephus Newton,** Joanne Newton et Maria Birmingham legitime natus die 15 Decembris 1870. Sacerdos mense Junio 1897 discessit.

NOMINA RECTORUM

Collegii Scotorum de Urbe.

I.—*E Societate Jesu.*

1. P. PATRICIUS ANDERSONUS, a die 13 Jan^{rii} an. 1615 usque ad diem 5 Junii ejusdem anni.
2. P. CAROLUS VENOTIUS, a die 5 Junii an. 1615 usque ad initium Januarii an. 1619.
3. P. JOANNES ANTONIUS MARIETTI, ab initio Jan^{rii} 1619 usque ad diem 8 Septembris 1622.
4. P. GEORGIUS ELPHINSTONUS, a die 8 Septembris 1622 ad principium Januarii 1644.
5. P. GULIELMUS CHRISTUS, a principio Jan^{rii} 1644 usque ad 10 Decembris 1646.
6. P. FRANCISCUS DEMPSTERUS, prima vice a die 10 Decemb. 1646 usque ad principium Junii 1649.
7. P. ANDREAS LESLAEUS, a die primo Junii 1649 usque ad 27 Maii 1652.
8. P. ADAMUS GORDONUS, a die 27 Maii 1652 usque ad initium Augusti 1655.
9. P. GILBERTUS TALBOTTUS (veré Georgius Bisset), a die primo Augusti 1655 usque ad diem primum Julii 1658.
10. P. FRANCISCUS DEMPSTERUS, secunda vice a die primo Julii 1658 usque ad primum Aprilis 1663.
11. P. GILBERTUS TALBOTTUS, secunda vice a die primo Aprilis 1663 usque ad diem 3 Novembris 1670.
12. P. JOANNES STRAQUHANUS, a die 30 Novembris 1670 usque ad 10 Febr. 1671.

13. P. HECTOR CAROLUS DE MARINIS, a die 11 Febr. 1671 usque ad diem 30 Martii 1674.
14. P. GULIELMUS ALOYSIUS LESLAEUS, a die 30 Martii 1674 usque ad diem 10 Novembris 1683.
15. P. ANDREAS MAGIUS, a die 10 Novembris 1683. Obiit 4 Decembris 1690. Ipsi successit in qualitate Vice Rectoris P. Musanti usq. ad ann. 1692.
16. P. GULIELMUS ALOYSIUS LESLAEUS, secunda vice a die 8 Junii 1692 usque ad 15 Septembris 1695.
17. P. JACOBUS FORBESIUS, a die 26 Novembris 1695 usque ad diem 31 Augusti 1702. Obiit in hoc Collegio Sept. 1721 annum agens 95.
18. P. DIDACUS CALCANEUS, a die 31 Augusti 1701 factus est Vice-Rector: Rector a die 8 7bris 1701 usque ad diem 23 Januarii 1704.
19. P. JOANNES BAPTISTA NASELLUS, a die 23 Januarii 1704 ad diem 11 Novemb. 1708. Obiit 1727.
20. P. THOMAS FYFF, a die 11 Novembris 1708 ad diem 15 8bris 1712.
21. P. GUGLIELMUS CLERC, a die 24 Novembris 1712 usque ad 16 Junii 1721. Fuit Rector Collegii Scotorum Matritensis et deinde Confessus Regis Catholicis Philippi V.
22. P. ALEXANDER FERGUSON, a die 24 Junii 1721 ad 16 Augusti 1724. Obiit in Collegio Massæ Lutrensis 1727.
23. P. LUCAS MARIA GRITTA, a die 16 Augti 1724 ad 22 Septembris 1729.
24. P. FRANCISCUS MARINI, a die 8 Novembris 1729 ad 2 Aprilis 1731.
25. P. JOANNES MARIA MORICI, a die 25 Aprilis 1731. Obiit primo Augusti 1738.
26. P. LIVIUS BENEDICTUS URBANI, a die 4 Sept. 1738 usque ad 14 Maii 1747.
27. P. LAURENTIUS ALTICOTIUS, a die 30 Maii 1747 usque ad 11 Aprile 1766.
28. P. JOANNES BAPTISTA CORSIDONI, a die 20 Maii 1766 usque ad 16 Augusti 1773. Ultimus e Societate Jesu.

II.—*E Clero Sæculari Italico.*

29. D. LAURENTIUS ANTONINI, a die 15 7bris 1773. Beneficiatus in Basilica Lateranensi. Abiit 24 7bris 1774.
30. D. ALEXANDER MARZI, a die 7bris 1774. Abiit 5 Maii 1777.
31. D. IGNATIUS CECI, a die 5 Maii 1777. Abiit 9 Februarii 1781.
32. D. FRANCISCUS MARCHIONI, a die 10 Februarii 1781. Discessit ex hoc Collegio die 21 Martii 1798, expulsus a Gallis: mortuus a. 1801.

III.—*E Clero Sæculari Scotiæ.*

33. PAULUS MACPHERSON, a die 1 Augusti 1800 primus ex clero Seculari Scotiæ in hoc Collegio Rector. Discessit in Scotiam 1° Maii 1827.
34. ÆNEAS MACDONALD, a die 1 Maii 1827. Obiit die 3ª Januarii anni 1833 et die 5ª ejusdem mensis sepultus fuit in templo Collegii.
35. PAULUS MACPHERSON, secunda vice anno 1835. Obiit 24 Novembris 1846 sepultus in ecclesia collegii.
36. ALEXANDER GRANT, 24 Novembris 1846. Obiit 26 Martii 1878 sepultus in cœmeterio Agri Verani.
37. JACOBUS AUGUSTINUS CAMPBELL, Pro-rector a die 26 Martii et Rector a die 9 Septembris 1878. Rectoris munere se abdicavit mense Maio 1897: mortuus est apud Fiesole 17 Februarii 1902 ibique sepultus. Fuit Pontificiæ Domus Antistes.
38. ROBERTUS FRASER, a die 15 Junii 1897. Est Pontificiæ Domus Antistes et Protonotarius Apostolicus ad instar Participantium.

CATALOGUS
COLLEGII SCOTORUM MATRITI
ET VALLISOLETI

NOMINA ALUMNORUM

COLLEGII SCOTORUM MATRITI

ab anno 1632 usque ad annum 1734.

1632.

1. **Joannes Paterson**, de Kinharvie in parochia de New Abbey. Abiit Novembri Duaco, post philosophiam, Matritum. Factus Societatis ibidem pie obiit.
2. **Thomas Brown**, de Lochill in parochia de New Abbey. Duaco mense Novembri in Hispaniam ivit. Factus Societatis in novitiato obiit, in magna opinione sanctitatis in pervigilio Annuntiatæ Virginis, cui votum virginitatis in seminario obtulerat. Mortis diem prædixerat.
3. **Fredericus Maxwell**, filius Baronis de Herries, Duaci nutritus sumptibus Colonelli Semple a die 28 Julii 1629 ad mensem Novembris usque anno 1632 abiit Matritum. Factus Societatis. Obiit Rector Collegii Scotorum Matriti, die 9 Maii 1659, in odore sanctitatis.

1636.

4. **Alexander Scrimgeour** alias **Skinner**, Edinburgensis. Duacum adiit 10 Septembris commendatus Matrito a Patribus Hugone Semple S.I. et Joanne Seton S.I. Factus Societatis Romæ obiit 3 Sept. 1679.

1643.

5. **Gullielmus Lang**, Aberdonensis, anno 1643 Duacum reliquit. Videtur alumnus Matritensis. Submersus anno 1649 in comitatu Marchionis de Costello Rodriguez.
6. **Georgius Anderson**, de Tulloch in Cromar. Duaco abiit in Hispaniam : inde Romam petiit. Factus Societatis, sed demissus.

1647.

7. 7 Sept. **Gulielmus Semple,** filius Joannis et Mariæ Semple. Complures annos in Universitate Glasguensi publicus philosophiæ professor, ex Calvinismo Catholicus ingressus est Collegium 7 Septembris. Heu! mortuus est Idibus Decembris anni ejusdem.

8. 7 Sept. **Andreas Youngson,** filius Alexandri Youngson et Elizabeth Reid, e legitimo matrimonio natus est in parochia de Dores in provincia Mernia 13 Julii 1619. Ætate 28 annorum. In Universitate Aberdonensi et Collegio Mareschalano fuit professor philosophiæ annis 1645 et 1646. Conversus ad Fidem sub specie arti medicæ studendi se subduxit. Ejurata hæresi, receptus est in Collegium 7 Septembris 1647. Societatem Matriti 20 Novembris 1647 est ingressus. Septemdecim annos in Universitate Complutensi publicus fuit professor. Theologiam docuit Toleti, Villæ Regalis, Murciæ et Matriti, ubi anno 1679 obiit. Vir doctissimus evulgavit Lugduni anno 1678 "De Providentia et Prædestinatione Meditationes Scholasticæ" folio, sub nomine Andreæ Junii.

9. 7 Sept. **Thomas Johnston,** natus Aberdoniæ, filius legitimus Roberti et Agnetis Johnston. Ingressus Collegium 7 Septembris 1647 ætate 29 annorum. Presbyter factus, versus patriam 22 Novembris 1649 rediit. Professus est inter monachos Scotos Ratisbonæ 6 Maii 1655, sub nomine religioso "Niniani". Obiit Ratisb. 17 Decembr. 1663.

10. 7 Sept. **Hugo Ross,** natus in parochia de Coul in provincia Marr, filius legitimus Alexandri Ross et Mariæ Bonner. Ætate 20 annorum. Professor in Universitate Aberdonensi, conversus ad Fidem ingressus est Collegium 7 Septembris 1647. Egressus est 15 Januarii 1648. Quid factum sit de eo, incertum.

Adamus Gordon, natus est Auchmathi in provincia Buquhani, filius Georgii Gordon et Isabellæ Leask, ex matrimonio legitimo, nobilis: ætate 31 annorum. Jam mathematicis et philosophiæ initiandus. Pater Hugo Semple noluit propter maturam aetatem eum in Collegium recipere, sed ei 200 Regales dedit et in militia centurionis locum obtinuit: quapropter licet alios e Belgio et Gallia secum adduxerat inter alumnos non est adscriptus.

11. 2 Nov. **Joannes Reid,** filius Domini Tribuni militum Joannis Reid de Aikenhead (ex qua familia fuit Rmus Dominus Robertus Reid, ultimus Orchadensis Episcopus) et matre Angla Judith Wekman, ex legitimo matrimonio natus Londini. Receptus, absoluta syntaxi, 2 Novembris 1647, ætate 18 annorum : demissus 15 Novembris 1649.

12. 2 Nov. **Eduardus Reid,** frater minor præcedentis, natus Londini, annum agens 17, absoluta syntaxi, 2 Novembris ingressus, et demissus 15 Novembris 1649.

13. 2 Nov. **Robertus Gordon,** Elgini in Moravia natus, filius legitimus Georgii Gordon et Margaritæ Bonneyman, nobilis, grammaticus. Ætate 24 annorum. Recusatus quia glande plumbea caput transfixum habuit et sine litteris latinis. Tamen centurionis dignitatem obtinuit : 250 Regales et sumptus itineris accepit.

14. 2 Nov. **Robertus Maxwell,** ætate 19 annorum, absolutis litteris humanioribus, bona indole et viribus, vir nobilis, nepos Baronis de Herries ex legitimo matrimonio filius Jacobi Maxwell et Ælitiæ Collins. Ingressus Collegium 2 Nov. 1647; demissus est 10 Aprilis 1648. Diu sine profectu progredi noluit.

15. 10 Nov. **Arthurus Forbes,** filius legitimus Jacobi Forbes de Blackton et Magdalenæ Fraser de Philorth, nobilis. Ætate 16 annorum, absoluta jam syntaxi, ingressus est Collegium 10 Novembris 1647. Ingenio præstans, sed pervicacis indolis, militiam sequi obstinate decrevit. Egressus est 10 Aprilis 1648 et Scotiam petiit, ubi uxorem duxit.

16. 10 Nov. **Alexander Sinclair,** Aberdonensis: ætate 20 annorum: e parentibus Waltero Sinclair et Mariota Douglas, natus in parochia S. Macharii. Ejurata hæresi, receptus Duaci 19 Februarii 1645, Matriti ingressus est Collegium 10 Novembris 1647, absoluta rhetorica egressus 30 Maii 1650 et ad Collegium Scotorum Romæ abiit. Factus est Societatis.

17. 10 Nov. **Joannes Menzies,** filius legitimus de Thoma Menzies de Balgowny et Margaritæ Gordon de Grandholm, natus in parochia de S. Macharii. Demissus anno 1645 Duaco, ivit Matritum vice fratris sui Gilberti Menzies qui in itinere substitit Parisiis jussu parentum. Joannes ingressus est Collegium 10 Novembris

1647, ætate 20 annorum, absoluta jam rhetorica. Egressus est 15 Januarii 1648, ineptus ad studia; anno tamen 1649, factus Parisiis Canonicus S. Genovefae.

1648.

18. 17 Jan. **Joannes Forbes,** tertio genitus et legitimus Duncani Forbes de Camphill in parochia Lumphanan et Elizabeth Forbes de Corse, natus Aberdoniæ die S. Bartholomæi 1626. E. Duacensi Collegio ingressus Matritum 17 Januarii 1648. Petiit et obtinuit demissionem 10 Aprilis 1648. In Scotiam rediit, duxit uxorem Joannam filiam ministelli hæretici Joannis Forbes de Kincardine O' Neal et fidem deseruit. Anno vero 1671 dum esset Prætor capitalis, tum Jesuitarum cum Catholicorum amicum sese ostendit.

19. **Robertus Irvine,** filius legitimus Alexandri Irvine et Mariæ Menzies, Aberdoniæ natus. Ætate 18 annorum, missus Duaco Matritum, 17 Septembris 1647, ingressus est Collegium anno 1648. Egressus 22 Novembris 1649, ad Collegium Scotorum Romæ se contulit.

20. 17 Jan. **Robertus Barclay,** nepos Patris Hugonis Semple, et filius Hugonis et Mariæ Maxwell, natus Irvini. Ingressus est Collegium 17 Januarii 1648. Egressus 22 Novembris 1649. Adiit Duâcum ad syntaxim 15 Februarii 1650. Abiit 16 Augusti 1651, ad Collegium Scotorum Romæ, inde anno sequenti Societatem petiit.

1649.

21. **Jacobus Semple.** Ingressus: fit Jesuita 1656.

1664.

22. **Thomas Maxwell,** ex familia Nithsdalia. Duaco missus Matritum initio Septembris 1664. Militiam in Hibernia, Gallia et Italia secutus. In prœlio Pedemontano (Marsiglia) anno 1693 legionum equestrium ductor, saucius occubuit.

23. **Joannes Strachan,** ex patre Domino Strachan et matre Hay de Dalgetti. Missus Duaco Matritum.

24. **Carolus Fountain.** Matrito sacerdos Missionem petiit 1665. [Obiit 6 Oct. 1683.]

25. **Georgius Innes,** filius Colonelli Jacobi Innes et — Maxwell. Rogatu suo missus Matritum 1664. Factus sacerdos ibi anno 1673, ad Missionem rediit. Devenit Eques Auratus de Dunoon et Balveny. Captus semel sed brevi ob fidem. Exactis in Missione 25 annis obiit 26 Februarii 1698.

1669.

26. **Jacobus Semple,** æt. 24 ann. filius Baronis de Semple. Missus Duaco Matritum 3 Septembris 1669. Puer bonus, nec rebus civilibus quæ nobiles decent ineptus, sed studiis omnino. Obiit Matriti.

27. **Joannes Falconer,** eodem tempore ingressus, qui Societati jam nomen dederat.

28. **Georgius Gordon,** eodem tempore, filius Adami Gordon et Isobellæ Leslie (sororis Patris Georgii Leslie S.I. de New Leslie) ingressus. Attulit pro viatico etc., 200 libras Scoticas. Rediit Duacum et inde in Scotiam, re infecta.

1693.

29. **Georgius Wood,** ex patre Georgio Wood. Duaco missus Matritum ibi obiit in novitiato Societatis.

1699.

30. **Alexander Burnett,** filius ministelli hæretici de Rayne. Propugnata Duaci theologia ivit Matritum. Factus Societatis, ibique obiit.

1710.

31. **Georgius Sinclair,** 6 Februarii Duaco aufugit. Factus Recollecta Matriti.

1715.

32. **Joannes Seton,** filius Equitis Aurati de Garleton. Factus Societatis. Obiit in Missione Edinburgi 16 Julii 1757 et ipse Eques Auratus de Garleton.

33. **Joannes Ignatius Odie,** natus 1699. Duaco missus Matritum una cum Joanne Seton et Gullielmo Gordon. Factus Societatis. Fuit in provincia Arragonensi anno 1732.

34. **Gulielmus Gordon,** ex patre Francisco Gordon de Craig. Ingressus eodem tempore. Factus Societatis.

35. **Andreas Seton** de Garleton, ingressus. Factus miles.

36. **Hugo Semple,** filius Roberti Semple de Glasford et Elizabeth Abercromby, missus Matritum Duaco. Factus Societatis quam deseruit jam sacerdos, et in provinciam Anglicanam receptus.

37. **Georgius Semple,** frater Hugonis. E seminario factus Societatis et illam ille deseruit.

1721.

38. **Robertus Brown,** ex patre Roberto Brown de Millhead et Elizabeth Maxwell. Duaco ivit Matritum. Re infecta Scotiam petiit.

1722.

39. **Kennethus McKenzie,** ex patre Hectore et Joanna McKenzie, Abiit Duaco Matritum 21 Julii 1722. Factus Societatis.

40. **Ernestus Leslie,** ex patre Carolo Leslie et Elizabeth Fordyce, natus 5 Februarii 1713. Redux Duacum ex Hispania ubi humaniores litteras absolvit 1724. Factus Societatis Nanceii, 28 Novembris 1728. Socius Academiæ Regiæ Scientiarum Nanceii, Professor in Collegiis Rothomaiensi et Nanceiiano. Auctor pœmatum in lingua Gallica. Superstes anno 1756.

41. **Robertus Herries,** ex patre Joanne de Auchencheen prope Minihive et matre Elizabeth Gordon. Ivit cum Ernesto Leslie Matritum. Redux etiam medicinam in Scotia exercuit.

1734.

Jesuitis Hispania expulsis et dissoluto Matriti Collegio venere Duacum.

42. **Joannes Herries,** frater Roberti. Ingressus 1731, venit Duacum 3 Dec. 1734. Factus Locumtenens in militia.

43. **Joannes Fraser,** ex Joanne de Strathglass et Mariota Chisholm. Venit Duacum 3 Decembris 1734. Factus Societatis Burdigalliæ 1738.

44. **Carolus Farquharson** de Auchendryne. Ætate 21 annorum adiit Duacum eodem tempore. Post philosophiam abiit anno 1738 ad novitiatum Landispergensem in Bavaria.

45. **Jacobus Thomson,** Aberdonensis, ex Thoma Thomson et Louisa Shand. Rediit Matritum ad poesim anno 1734. Post Philosophiam, mense Septembris, ille etiam Landispergensem novitiatum petiit.

46. **Jacobus Dalzell,** filius Colonelli (Joannis) Dalzell fratris Comitis de Carnwath. Ætate 17 annorum; eodem tempore rediit. Factus miles.

NOMINA RECTORUM

Qui Collegium Scotorum Matriti

rexêre ab anno 1627 usque ad annum 1734.

E Societate Jesu.

1. P. HUGO SEMPLE, nepos Colonelli Semple Collegii Fundatoris, ab anno 1627 usque ad annum 1654.
2. P. ANDREAS YOUNGSON, post mortem Hugonis Semple Collegium ad tempus administravit donec veniret P. Gordon.
3. P. ADAMUS LAURENTIUS GORDON, a Collegio Romæ Matritum vocatus Rectoris munere functus est ab anno 1655 ad annum 1656.
4. P. FREDERICUS MAXWELL, Baronis de Herries filius, ab anno 1656 ad diem 9 Maii 1659.
5. P. GULIELMUS GRANT, in Rectoris officium ingressus est anno 1659. Anno sequenti ei frater laicus Louis de la Puente successit. Postremo, Societatis Patre Generali jubente, ad officium restauratus est illudque usque ad annum 1665 gessit.
6. P. JACOBUS ANDERSON, officium iniit 1665, et anno 1668 adhuc Collegium regebat. Paulo post et per quadriginta annos Collegii administratione Jesuitæ Hispani potiti sunt. Plus quam nomina et anni horum Rectorum Hispanorum, nihil extat.
7. P. JOSEPH ALLAMIRANO, Rector fuit anno 1681.
8. P. MARTINUS LOYASE, anno 1682.
9. P. GERONIMUS GUERRERO, anno 1685.
10. P. MANUEL MUNICHICA, ab initio anni 1685 ad initium anni 1688.
11. P. ANTONIUS RADA, Rector erat usque ad annum 1700. Post eum nulla Collegii notitia per annos octo extat.

12. P. PAULUS FRANCISCUS SUAREZ, Rector factus est anno 1708 et rem gessit usque ad annum 1711.

13. P. FERNANDUS CORTES. In Rectoris officium iniit anno 1711 et anno 1712-13 adhuc Collegium regebat.

14. P. THOMAS FYFE (Aberdoniæ), Societatis Patre Generali jubente a Duaci Rectoratu Matritum advenit ut idem munus impleret anno 1715. Duacum reversus est anno 1725.

15. P. KENNETHUS FRANCISCUS STRACHAN, Baronis de Thornton filius Rector factus est anno 1717-18, et Duacum reversus est anno 1725.

16. P. ANDREAS CLARKE, a Collegio Scotorum Romæ ut Rectoratui succederet Matritum venit anno 1725, Munere abdicavit anno 1727.

17. P. GULIELMUS MCGILL, Rector factus est anno 1727 et Collegium rexit ad diem 11 Octobris 1734, quando sola Jesuitæ Provincialis Toletani auctoritate, Collegium Scotorum Matriti ad statum Residentiæ pro Jesuitis Hispanis redactum est; et illius Collegii Superiores, sex cum alumnis, Duacum translati fuerunt. Collegium nunc occupaverunt duo vel tres Patres Jesuitæ Hispani, qui munera ecclesiastica egerunt, reditus administraverunt et quotannis 2,000 reales (= £300) miserunt ad duodecim alumnorum Duaci sumptus. Horum quasi-Rectorum nomina sequuntur.

18. P. GABRIEL BONSEMART, 1734 ad 1742.

19. P. AUGUSTINUS VARRONA, anno 1742, et per annos duos officium implevit.

20. P. ANTONIUS ESPINOSA, anno 1744.

21. P. FABIANUS DE LA VEGA, anno 1746 usque ad annum 1762.

22. P. COSMO LEON DE LA SELVA, Rector factus est 1764 et munere functus est usque ad annum 1767, quando tota Societas ab Hispania expulsa est.

NOMINA SUPERIORUM ET ALUMNORUM

REGII COLLEGII SCOTORUM VALLISOLETI

ab anno 1769 usque ad annum 1900.

1769.

Reverendissimus DR. JOANNES GEDDES, Episcopus de Morocco studiis Romæ peractis et ad sacerdotium promotus, anno 1759, Scotiam petiit. Anno 1769 a Vicariis Apostolicis in Scotia ad Regiam Matritensem delegatus est ut Collegii Scotorum in Hispania reditus, qui expulsis Jesuitis ab Hibernicis Compluti usurpati erant, recuperaret. Per amicorum et presertim Comitis Campomanes gratiam, magna ex parte feliciter mandatum confecit, et Collegio S. Ambrosii, Vallisoleti, antea Jesuitarum, dono ad Scotorum juvenum usum, obtento, illud die Maii 31, 1771, occupavit. Decem annos magno cum studio et pietate Collegium administravit. A Vicario Apostolico australis Scotiæ districtus, coadjutor electus, a Sorenzana, Toleti Archiepiscopo, anno 1780 Matriti episcopus consecratus est, et proximo anno 1781 in Scotiam abiit, ubi annos octodecim omnibus officiis dignissimi Prelati perfunctus, die 11 Februarii 1799, Aberdoniæ, pie ac feliciter obdormivit in Domino.

1770.

1. 11 Dec. **Joannes Gordon.** In Collegio Scotorum Parisiis studuit, receptoque Diaconatu Vallisoletum missus est. Sacerdos ordinatus est et literas humaniores edocuit usque ad 1774, quando ad Scotiæ missionem reversus est. Brevi tempore ad munus illud inhabilis inventus est, et in provincias Belgicas transivit, ibique desipiens mortuus est.

2. 11 Dec. **Henricus Ogilvy.** E Scotorum Collegio Parisiis Vallisoletum ingressus est et 14 Septembris 1773 abiit, re infecta.

3. 11 Dec. **Adamus Tyrie.** E Scotorum Collegio Parisiis Vallisoletum ingressus est et abiit re infecta 25 Aprilis 1775. Ad Portugalliæ litora demersus est.

4. 11 Dec. **Alexander Macdonald.** E Scotorum Collegio Parisiis Vallisoletum advenit. Studiis peractis ordinatus est ad presbyteratum et in Scotiam 1771 profectus est, ubi complures annos peregit. Superiorum venia Americam septentrionalem petiit, ad Catholicos monticolas qui illuc migraverant adjuvandos. Venæ disruptione mortuus est.

1771.

5. 3 Feb. **Joannes Gordon.** Studia confecit sed abiit re infecta 1779, et militiam secutus, in nosocomio Aberdoniæ mortuus est.

6. 3 Feb. **Georgius Mathison.** Studia consueta peragens, ordinatus est et ad missionem rediit 1779. Ejus in curam missio Auchenarlie data est ibique obiit 14 Januarii 1828 [ætat. 72].

7. 3 Feb. **Lachlanus Macintosh.** Studia, aliquo cum intermissu, usitata confecit, ordinatus est, in Scotiam revertit et ei assignata est missio de Glengairn, ibique 3 Martii 1846 ætat. 94 annorum obiit.

8. 3 Feb. **Joannes Machattie.** Abiit re infecta mense Aprili 1774.

9. 3 Feb. **Alexander Reid.** Abiit re infecta mense Aprili 1774.

10. 3 Feb. **Alexander Grant.** Abiit re infecta, mense Aprili 1774.

ALLANUS MACDONALD, Romæ studuit, ordinatus est, indeque ad Missionem reversus est. Ad Pro-Rectorale munus in Collegio Scotorum Vallisoleti designatus, die 23 Februarii 1771 ingressus est, et hoc officio functus est usque ad 11 Junii 1776. Rediit in Scotiam et anno 1778 mors pia et felix vitam virtutibus plenam, ætatis 45 anno complevit.

11. 23 Feb. **Joannes Macdonald.** Studiis finitis, ordinatus est et ad literas humaniores erudiendas nominatus usque ad 1784, quando ad Missionem in Scotia adiit. In Arisaig, cujus missionis curam gessit, mortuus est, Julio 1834. [Obiit 8 Jul. 1834, ætat. 82.]

12. 23 Feb. **Augustinus Macdonald.** Diaconatu solumodo recepto propter valetudinem adversam domum reverti coactus est. Ordinatus anno 1780. Rmo. Doctori Cameron in missione Strathdown sucessit. Scalan mortuus est anno 1782.

13. 23 Feb. **Donaldus Macdonald.** Abiit re infecta, 11 Julii 1776, et militiam secutus est. Mense Aprili 1812 in Pacis Augustæ (Badajos) oppugnatione, in ruinis, una cum trecentis legionis Portugalliensis cui imperabat, occubuit.

14. 23 Feb. **Ronaldus Macdonald.** Studia peregit, ordinatus est et ad missionem missus 1780. Anno 1825 adhuc in Morar ubi primo curam gessit vivebat. [Obiit Morar, 25 Dec. 1840, ætat. 86.]

15. 23 Feb. **Archibaldus Macdonald.** Abiit re infecta mense Aprili 1774. Militiam petens, Invalidorum agminis præfectus obiit 1813.

16. 23 Feb. **Angus Macdonald.** 20 Maii abiit, re infecta. Classi Hispalensi nomen dedit et anno 1780. Ferrol mortuus est.

1774.

17. 24 Aug. **Josephus Henry.** Abiit, re infecta, mense Januario 1782. Postea Americam petiit.

18. 24 Aug. **Joannes Gordon.** Studiis usitatis peractis ordinatus est et ad missionem revertit. Aberdoniæ ob femoris fracturam obiit 1823.

19. 28 Oct. **Angus Chisholm.** Studiis perfectis ordinatus est et literas humaniores per duos annos edocuit. Anno 1786 studiorum præfectus in Collegio Duaci nominatus est; exinde brevi spatio ad Scotiam revertens ei in curam missio de Strathglass data est. A fratre suo Coadjutor electus ei successit, munereque Vicarii Apostolici districtus septentrionalis Scotiæ fungens, Lismore 28 Julii 1818 obiit ætate 59 annorum.

1775.

20 **Alexander Macdonald.** Abiit re infecta Octobri 1778.

1776.

JOANNES GORDON, Romæ studuit, ordinatus est et in missionem missus. Anno 1774 ut Rev^do^ Allano Macdonald in pro Rectoris

officio succederet, electus, ingressus est die 21 Augusti 1776 et 23 Januarii 1799. Rmo. Doctori Cameron, Rector successit. Ea quæ invasionem Gallicam anno 1808 subsecuta sunt ita eum invaletudine afflixerunt ut Montjean apud Tolosam die 15 Januarii 1810, anno ætatis 62 mortuus sit. Vir erat indolis benevolentissimæ, et ad Collegii beneficium annos plus quam triginta et tres studio indefesso laboravit.

21. 22 Aug. **Jacobus Sinclair.** Abiit re infecta 1777. Miles mortuus est.

22. 22 Aug. **Angus Macdonald,** Retland. Studia complevit, ordinatus est et in missionem rediit mense Mayo 1782. Anno sequenti e torminis ventris quæ frigore et defatigatione infirmos visitando contraxerat mortuus est. [Obiit 14 Apr. 1784.]

1777.

23. 6 Aug. **Jacobus Stewart** alias **Torie.** Abiit re infecta Junio 1778. Anno 1825 adhuc ludimagister Aberdoniæ erat.

24. 6 Aug. **Andreas Dawson.** Studia complevit, ordinatus est et Missionem adiit mense Maio 1785. Die 4 Septembris 1788 apud Huntly ex phthisi mortuus est.

25. Aug. **Angus McEachran.** Studia absolvit, ordinatus est ad sacrum et die 20 Augusti 1787 in Scotiam profectus est, ibique plures annos laboravit. Idoneus qui mitteretur ad Catholicos monticolas, qui ad Eduardi Principis Insulam migraverant, adjuvandos judicatus est. Illius Insulæ Episcopus consecratus est anno 1821, et anno 1825 illam vineam amplissimam adhuc colebat.

26. Aug. **Angus Macgillivray.** Obiit 21 Junii 1778. In ecclesia parochiali Sancti Stephani sepultus est.

27. 5 Dec. **Paulus Macpherson.** Romæ studuit. Ad valetudinem recuperandam Vallisoletum advenit 5 Decembris 1777. Sacra recepit et post Pascham 1779 in Scotiam rediit. Missionis procurator Romæ nominatus est, et postea Collegii illius Rector. Romæ anno 1825 adhuc vivebat. [Obiit 24 Nov. 1846, ætat. 90.]

1778.

28. Mar. **Alexander Macdonell.** Studiis consuetis absolutis ordinatus est et ad Missionem rediit 20 Augusti 1787. Militibus qui Glen-

garry Fencibles vocabantur, conscriptis, capellanus nominatus est, quod a Reformationis tempore nunquam antea factum, compertum est. Ad Catholicos qui migraverant ad Canadam Superiorem adjuvandos delegatus, paulo post illius Provinciæ Episcopus consecratus est, et anno 1825 illic, magno cum studio successuque religionem fovebat. [Canadæ Superioris Episcopus consecratus est 1819 et e vita decessit Dumfriæ 4 Januarii 1840.]

29. Mar. **Allanus Macdonell.** Studia usitata complevit, ordinatus est et Missionem petiit Novembri 1787. Ad profectum in linguis eruditis inusitatum, eximia theologiæ scientiam adjunxit, et per annos plus quam viginti missionarium studiosum sese ostendit. Propter conscientiam scrupulosam, et spes haud impletas infeliciter in mentis invaletudinem incidit, et paulo post Edinburgi in asylo obiit. [Feb. 1809.]

1780.

30. 11 Aug. **Joannes Davidson.** Studiis peractis in Scotiam reversus est 14 Nov. 1791. Sacros ordines Edinburgi recepit, et anno 1815 Greenock obiit. [Obiit 8 Jan. 1815.]

31. 11 Feb. **Alexander Cameron.** Studia consueta absolvit et in Missionem rediit 2 Junii 1793. Ad Collegium remissus est anno 1798 ad Rev^di^ Joannis Gordon officium implendum, eique in Rectoris munere die 24 Maii successit. Obiit die 20 Septembris 1833.

32. 11 Feb. **Gulielmus Reid.** Studiis peractis in Scotiam rediit 14 Novembris 1791. Sacros ordines Edinburgi recepit ibique Missionis procurator anno 1825 adhuc superstes. [Obiit Dumfriæ 27 Martii 1845.]

33. 11 Feb. **Joannes Macdougal.** Studiis finitis ad Scotiam 14 Novembris 1791 reversus est. Ordines sacros suscipere noluit et in S. Vincentis Insulam transiens ex venæ disruptione mortuus est.

Reverendissimus Doctor ALEXANDER CAMERON, Episcopus Maximianopolis, Vicariusque Apostolicus districtus Scotiæ australis, Romæ studuit, ordinatus est ad sacerdotium et anno 1772 in missionem venit. In Rectoris munere Rmo. Doctori Joanni Geddes successor nominatus, Vallisoletum mense Septembris

advenit et Collegium octodecim annos prudentia successuque singulari gubernavit. Cisternæ ad aquam continendam concessum obtinuit, alteramque Collegii alam; vineas apud Boecillo emit, ibique villam ædificavit. Ab Episcopo Dauliæ Coadjutor electus, Matriti 28 Octobris 1798 consecratus est et in Scotiam reversus est 1 Maii 1802 ubi, tametsi 77 annos jam habens, Missioni est ornamento. [Edinburgi die 7 Februarii 1828 e vita decessit.]

34. 26 Nov. **Jacobus Robb.** Collegium reliquit 5 Maii 1785, et hortante medico Ulyssiponem ad salutem recuperandam petiit, sed 29 Decembris ejusdem anni ibi mortuus est, et in ecclesia Collegii Anglorum Ulyssiponiæ sepultus est.

35. 26 Nov. **Rodericus Macdonald.** Studia consueta perfecit, in Scotiam reversus est 14 Nov. 1791 et sacros ordines Edinburgi recepit, et anno 1825 Insulam Longam missionem curabat. [Obiit 29 Sept. 1828, ætat. 65.]

36. 26 Nov. **Christopherus Macra.** Studia propter valetudinem adversam conficere nequibat. Ante tempus usitatum ad sacerdotium ordinatus est et missionem petiit mense Novembris 1787. In Kintail, ubi primo curam suscepit, adhuc superstes. [Obiit 27 Sept. 1842, ætat. 78.]

37. 26 Nov. **Ranaldus Macnell.** Abiit re infecta 1784. Militiæ operam dedit et in India Orientali mortuus est.

1785.

38. 24 Aug. **Allanus Macdonald.** Abiit re infecta 1786. Factus est mercator circumforaneus et Edinburgi obiit 8 Septembris 1793.

39. 24 Aug. **Gulielmus Rattray.** Studiis finitis, ordinatus est et ad missionem rediit anno 1796. Perthiæ et Taoduni Catholicorum curam jam agit. [Taoduni obiit 1 Feb. 1827.]

40. 24 Aug. **Joannes Macdonald.** Abiit re infecta 21 Junii 1790, mercaturam gossipinam secutus est, et in Scotia Septentrionali obiit.

41. 24 Aug. **Joannes Sharp.** Studiorum cursum complevit, ordinatus est et ad Missionem venit 1796. [Blairs obiit 5 Sept. 1860.]

1787.

42. 20 Jan. **Thomas Bagnall.** **Duaci studuit et Subdiaconus ordinatus est. Vallisoletum advenit 20 Januarii 1787. Diaconatum et Presbyteratum recepit, literas humaniores nonnullos annos** edocuit et Missionem adivit 9 Septembris 1794. New Abbey, Gallovidiæ curam suscepit, ibique obiit 27 Maii 1826.

1788.

43. Sept. **Gulielmus Macleod.** Cursum usitatum complevit, ad sacerdotium ordinatus est et ad Missionem revertit 17 Julii 1798. Paucos post annos Braemar cujus curam susceperat ex phthisi mortuus est. [Obiit 3 Jul. 1809.]

44. Sept. **Evanus Macdonald.** Studiis peractis, ordinatus est et Missionem 1 Julii 1800 petiit. Missioni Braemar inservit.

45. Sept. **Carolus Macdonald.** Studia complevit, ordinatus est et ad Missionem reversus est 1 Julii 1798. Missio Knoydart ei assignata est. [Obiit 8 Oct. 1848, ætat. 75.]

46. Sept. **Georgius Gordon.** Studiis finitis ordinatus est et missionem petiit 1 Julii 1798. Adhuc missionem Auchendown curat. [Obiit Dufftown 10 Maii 1856, ætat. 80.]

47. Sept. **Augustinus Macdonell.** Ex febri catarrhali mortuus, ante Altare Majus in Collegii ecclesia sepultus est.

48. Sept. **Joannes Macdonald.** Abiit re infecta 1796, et paucos post annos in America obiit.

1794.

49. Jan. **Gulielmus Fraser.** Studia perfecit, ordinatus est, et 2 Septembris 1804 ad Scotiam profectus est, ibique permansit usque ad ætatem 1822, quum multos suos in Americam Septentrionalem exeuntes comitatus est. [Episcopus Arichat, Antigonish in Nova Scotia factus est, et obiit 4 Oct. 1851, ætat. 72.]

50. Dec. **Gulielmus Wallace.** Una cum tribus sociis, Alexandro Badenoch, Gulielmo Macdonald et Gulielmo Smith, studia Duaci propter rerum publicarum conversionem interrumpere coactus, Vallisoletum advenit Decembri 1794. Dominus Wallace philo-

sophiam et theologiam absolvit et aliquot annos literas humaniores edocuit. Hispania a Gallis invasa, omnium alumnorum Scotorum in patriam ductus ei demandatus est. Reversus est 12 Decembris 1816, sed nunc Comitis de Traquair capellani munere fungitur. [Obiit 24 Octobris 1854, ætat. 81.]

51. Dec. **Alexander Badenoch.** Philosophiam et theologiam peregit, ordinatus est, et ad missionem revertit 17 Julii 1798. Nunc missioni Enzie præest. [Obiit Edinburgi 9 Octobris 1836, ætat. 60.]

52. Dec. **Gulielmus Macdonald.** Philosophiam et theologiam confecit, ordinatus est, et missionem petiit 17 Julii 1798. Ad tempus ibi remansit, sed postea aut illam deseruit, aut propter levitatem demissus est.

53. Dec. **Gulielmus Smith.** Abiit re infecta 3 Martii 1796: postea in mentis alienationem incidens, ad asylum in Anglia delatus est.

54. Dec. **Gulielmus Chisholm.** Studia usitata absolvit, ordinatus est et ad missionem adiit 4 Junii 1804. Missionis Lochaber curam gerit. [Lochaber obiit 30 Maii 1826, ætat. 50.]

1803.

55. 30 Oct. **Gulielmus Chisholm.** Una cum omnibus sociis Collegium reliquit 22 Novembris 1808, et qui studia prosequeretur inhabilis judicatus, ad familiam remissus est.

56. 30 Oct. **Duncanus Mackenzie.** Abiit 22 Novembris 1808 studia sua Lismore perfecit et ordinatus est. [Obiit Eskdale 28 Octobris 1828, ætate 48 annorum.]

57. 30 Oct. **Alexander Mackenzie.** Abiit re infecta Martii 1811.

58. 30 Oct. **Jacobus Reid.** Abiit 22 Novembris 1808. Aquhorties ingressus est, et paulo post ab intentione sacros ordines suscipiendi destitit.

59. 30 Oct. **Angus Macdonald.** Abiit re infecta 1806.

60. 30 Oct. **Joannes Forbes.** Ad Scotiam reversus est 22 Novembris 1808; studia perfecit et ordinatus est Aquhorties, et nunc Banff curam gerit. [Obiit Elgin 2 Sept. 1857, ætat. 68.]

61. 30 Oct. **Jacobus Wright alias Arbuthnot.** Abiit re infecta 1807. Commissionem in exercitu Hispalensi obtinuit in America

Australi, et imperatoris in Hispania ordine potitus est. Caronii obiit anno 1863.

1816.

JOANNES CAMERON Aquhorties studuit et sacros ordines recepit. Vallisoletum advenit et secum decem alumnos deduxit 12 Dec. 1816, ibique Pro-Rectoris munere fungitur. [Rector factus est 1833, officio abdicavit 1873 et obiit 15 Februarii 1876, anno ætatis 85. Propter scientiam et sanctitatem maximæ æstimationis erat apud omnes. Officio reddito tres annos Rector-emeritus in Collegio vixit.]

62. 12 Dec. **Joannes Murdoch.** Aquhorties Vallisoletum venit. Philosophiam et theologiam absolvit, ordinatus est, et ad missionem revertit Maio 1821. [Episcopus Castabalæ et Coadjutor Districtus Occidentalis consecratus est 20 Octobris 1833 et Vicarius Apostolicus ejusdem districtus obiit 15 Dec. 1865 ætat. 69.]

63. 12 Dec. **Joannes Bremner.** Aquhorties Vallisoletum venit. Philosophiam et theologiam peregit, ordinatus est et missionem petiit Maio 1821. Officium Edinburgi implet. [Magno cum successu studioque laboravit usque ad 13 Januarii 1847, qua die ex febri maligna quam Paisley muneris functione contraxerat mortuus est, ætat. 49.]

64. 12 Dec. **Jacobus Machattie.** Aquhorties Vallisoletum advenit. Philosophia et theologia peractis ordinatus est 1822 et literas humaniores in Collegio docuit usque ad 3 Maii 1826 quando missionem adiit. [Ratisbonam petiit 1828, ubi Benedictinus factus, obiit 18 Jun. 1835.]

65. 12 Dec. **Alexander Macdonald.** Studiis infectis ad Scotiam reversus est ut Lismore pueros literis inficiendo operam daret, ibique ad sacros ordines promotus est.

66. 12 Dec. **Robertus Garden.** Die 2 Septembris 1818 ex inflammatione intestina febri biliosa orta mortuus est, et in Collegii ecclesia ante Altare Majus sepultus est.

67. 12 Dec. **Cosmo Bennet.** Climate valetudini non conveniente ad Scotiam 5 Junii 1822 rediit et studia faciebat Aquhorties. [Obiit Aquhorties (?).]

68. 12 Dec. **Gulielmus Ireland.** Demissus est 7 Junii 1822.

69. 12 Dec. **Angus Macdonald.** Quia ex invaletudine studia conficere non potuit ad Scotiam reversus est 5 Junii 1822 et Lismore ordinatus est.

70. 12 Dec. **Nigellus Macdonald.** Ad Scotiam reversus est 26 Septembris 1823 et sacros ordines Lismore recepit, et ad Collegium Romæ ut studiis præsederet missus est. [Anno sequenti revenit et insulæ Barræ curam suscepit. Obiit Drimnin, 12 Apr. 1862, aetat. 66.]

71. 12. Dec. **David Dinwoodie.** Valetudine periculosa ad Scotiam revertere coactus est, 12 Septembris 1818 et Decembri sequenti mortem sanctam obiit.

72. 12 Dec. **Robertus Millar.** Abiit re infecta 12 Septembris 1818, et Romæ factus est Capucinus. [Postea ad vitam secularem reversus ad Scotiam venit. Non compos.]

1820.

73. 24 Nov. **Alexander Macsween.** Abiit 16 Junii 1827. [In Scotia ordinatus est et Missioni aliquot annos studio fructuque inservit. Cecidit.]

74. 24 Nov. **Gulielmus Byrne.** Abiit 26 Maii 1827. [Ordinatus est in Scotia, sed postea a Missionis servitio dimissus est. Obiit in America.]

75. 24 Nov. **Ranaldus Rankine.** Pectoris angor eum compulit in Scotiam reverti 5 Junii 1822 et studia Lismore perfecit. [Lismore ordinatus est. Propter valetudinem Australiam petiit ibique obiit 14 Feb. 1863, ætat. 64.]

1821.

76. 19 Dec. **Joannes Geddes.** In Scotiam ad salutem recuperandam reversus est 9 Junii 1826: studia absolvit Aquhorties, et ordinatus Perthiæ curam suscepit. [Taoduni obiit 1832.]

77. 12 Dec. **Andreas Murdoch.** Infirmus, usque ad Septembrem 1822 moratus est quando ad clima patrium remissus est, sed vere sequenti Aquhorties obiit.

78. 12 Dec. **Joannes Maclachlan.** Studia absolvit et ordinatus est 1829. Scotiam adire Collegium 11 Maii ejusdem anni reliquit. [Ratisbonam alumnos deduxit 1838. Obiit in America, 25 Oct. 1856.]

1826.

79. 18 Aug. **Georgius Smith.** Abiit re infecta 19 Martii 1828.

80. 16 Sept. **Jacobus McKay.** Studia complevit et ordinatus Scotiam petiit 11 Maii 1829. [Obiit 19 Apr. 1884, ætat. 83.]

81. 16 Sept. **Carolus Grant.** Studia perfecit et ordinatus ad missionem adiit 4 Maii 1829. [Glascuæ, magno cum omnium dolore, obiit 19 Aprilis 1837.]

82. 16 Sept. **Gulielmus Gordon.** Studiis finitis ad Subdiaconatum ordinatus est et una cum Carolo Grant ad Scotiam reversus est. Ibi Diaconatum et Presbyteratum recepit. [Obiit Greenock, 15 Dec. 1880, ætat. 73.]

83. 16 Sept. **Donaldus Walker.** Studiis perfectis ordinatus est et ad missionem rediit. [Castri Augusti obiit Oct. 1838.]

84. 16 Sept. **Allanus Maclean.** Studia absolvit, ordinatus est et missionem adiit 2 Sept. 1836. [Ad Barræ insulæ missionem missus est, quam duodecim annos fovebat; deinde ad Uist Australem per annos quatuor; posthac Castri Augusti missionem ad duos annos. Anno 1854 Arichat Americæ Septentrionalis advenit et cito Missionis Indique curam suscepit, quam usque ad mortem 2 Octobris 1877 colebat. In studiis classicis versatus, et prædicator disertus fuisse dicitur et Episcopi sui confidentia potitus esse.]

85. 16. Sept. **Aeneas Gillis.** Vallisoleto demissus est 9 Junii 1837, Blairs admissus sacros ordines recepit 1840.

86. 16 Sept. **Jacobus Eggo.** Abiit re infecta 22 Julii 1831.

87. 16 Sept. **Alexander Grant.** Abiit re infecta 9 Julii 1834.

1833.

88. 11 Sept. **Carolus Gordon.** Ordinatus est 9 Julii 1838 et 26 ejusdem mensis Scotiam petiit. [In morbum comitialem incidit et in Belgio obiit 30 Jan. 1864.]

89. 11 Sept. **Robertus Grant.** Discessit 4 Octobris 1835. Ad Collegium Blairense admissus, ibi ex phthysi mortuus est vere anni 1837.

90. 11 Sept. **Joannes Macdonald.** Ordinatus 9 Junii 1838 ad missionem adiit 31 Julii sequentis. [In magna omnium æstimatione obiit 27 Januarii 1866. Ecclesiæ Sancti Patricii, Edinburgi præsidens.]

91. 11 Sept. **Georgius Rigg.** Ordinatus est 25 Julii 1838 et missionem adiit 31 ejusdem mensis. [Quum, magno studio, præcipue Edinburgi et Perthiæ, missioni inservisset, Hierarchia Scotica 22 Martii 1878 restaurata, Episcopus Dunkeldensis nominatus est, et Romæ 24 Maii sequentis est consecratus. Obiit 18 Januarii 1887 ætatis anno 72.]

92. 11 Sept. **Valentinus Chisholm.** Studiorum cursum regularem complevit, ad presbyteratum ordinatus est 26 Martii 1842, et Missionem adivit 16 Aprilis sequentis. [Obiit Bridge of Allan, 28 Oct. 1882, ætat. 65.]

93. 11 Sept. **Jacobus Smith.** Studia consueta complevit. Diaconus ordinatus est 26 Martii 1842, et 16 Aprilis sequentis Missionem petiit. [Excidit.]

1838.

Rev^dus JACOBUS CLAPPERTON. Secum decem alumnos ducens Vallisoleti Collegium ingressus est 19 Decembris 1838 et in Scotiam reversus est 3 Octobris 1843. [Prælatis Domestici honorem a Papa Leone XIII. recepit. Obiit Fochabers 19 Jul. 1901, ætat. 88.]

94. 19 Dec. **Joannes Thomson.** Abiit re infecta 1 Julii 1843, sed ad Collegium Blairense admissus, ordinatus est tempore Paschali, 1846. [10 Nov. 1886, ætat. 65.]

95. 19 Dec. **Joannes Sutherland.** Ex valetudine adversa Vallisoleto abiit 8 Aprillis 1843, sed in Scotia restauratus in Collegio Blairensi studia perfecit et ad sacros ordines 15 Martii 1846 promotus est. [Canonicus et Præpositus Ecclesiæ Cathedralis, Aberdoniæ factus est, et Huntly obiit 7 Januarii 1894, anno ætatis 72.]

96. 19 Dec. **Alexander Macrae.** Ex adversa valetudine abiit 19 Februarii 1844 sed in Scotia ita recuperavit ut in Collegio Blairensi intrare posset, ibique studiis confectis ordinatus est et ad missionem nascentem Beauly missus est. [Ab Episcopo suo dimissus est.]

97. 19 Dec. **Thomas Carlisle.** Studia absolvit et Decembri 1840 Subdiaconus ordinatus est. Propter valetudinem adversam ad Scotiam profectus est ibique Diaconatum et Presbyteratum recepit. [Obiit 1856, ætat. 40.]

98. 19 Dec. **Gulielmus Loggie.** Studiis perfectis ordinatus est 13 Aprilis 1846, et 18 ejusdem mensis ad missionem adiit. [Obiit Tynet, 20 Maii 1885, ætat. 64.]

99. 19 Dec. **Gulielmus Grant.** Studiis absolutis ordinatus est 13 Aprilis 1846, et missionem 18 ejusdem mensis petiit. [Obiit Stirling, 6 Feb., ætat. 27.]

100. 19 Dec. **Archibaldus Macdor ld.** Anno Theologiæ secundo acto demissus est 12 Februarii 5. Postea studia Parisiis complevit, et ad missionem profectus est Octobri 1847. [Obiit Dumfriæ, 26 Jan. 1877, ætat. 55.]

101. 19 Dec. **Jacobus MacPherson.** Valetudine adversa in Scotiam rediit. Vallisoleto abiit 16 Aprilis 1842. [Obiit 1844.]

102. 19 Dec. **Allanus MacDonald** Ex peripneumonia 5 Octobris 1842 obiit, et in cemeterio subu no sepultus est.

103. 19. Dec. **Donaldus McEach** . Studia peregit, ordinatus est 13 Aprilis 1846 et 18 ejusdem mensis ad missionem rediit. [Glascuæ obiit 25 Aug. 1886, anno æta is 64.]

1842.

104. 26 Jul. **Jacobus Dorman.** Abiit re infecta 15 Novembris 1844.

105. 26 Jul. **Franciscus C** iit re infecta 15 Novembris 1844.

106. 26 Jul. **Jacobus Grey.** A 7 Novembris 1847. [Ad Collegium Blairense admissus, anno o ad Propagandæ Fidei Collegium Romæ adivit, et paulo post ibi ex variolis mortuus est. Sanctissime obiit.]

1843.

Rev^dus JOANNES COWIE, Pro-Rector Collegii Scotorum nominatus et Vallisoletum advenit 29 Septembris 1843, secum tres alumnos deducens. [Quum per triginta annos Pro-Rectoris et Professoris officia gessisset, munere Rectoris a Rev^do Joanne Cameron abdicato, Rector ab Episcopis nominatus est et officium iniit 1 Novembris 1873. Anno 1876 ab Hispaniæ Rege nominatio

ejus confirmata est. Die 25 Martii 1879, brevi ægrotans ex peripneumonia obiit. Tam mors ejus quam vita omnibus erat edificationi. Valde ab alumnis amatus et deploratus e vita decessit, et omnia sua Collegio reliquit.]

107. 29 Sept. **Alexander Munro.** Ad Fidem conversus et anno 23 ætatis baptizatus et confirmatus. Die 24 Martii 1849, ad Presbyteratum ordinatus est, et ad missionem adiit 24 Aprilis sequentis. Duntocher curam agit. [Anno 1853 ad Collegium, Professor, reversus est. Ad Scotiam rediit et quinque annos missioni Paisley inserviit; exinde ad Ecclesiam Cathedralem, Glascuæ, translatus est et Sanctæ Theologiæ doctoratum a Papa Pio IX. recepit. Canonicus et primus Ecclesiæ Cathedralis Capituli præpositus factus est, et a Papa Leone XIII. Prælatis Domestici honorem recepit. Magna in æstimatione ab omnibus habitus est. Obiit 23 Novembris 1892 anno ætatis 72.]

108. 29 Sept. **Henricus McVeigh.** Abiit, re infecta, 9 Septembris 1847. Matritum petiit ubi linguam Anglicam docet.

109. 29 Sept. **Henricus Gall.** Æt: 15 annorum. Baptizatus et confirmatus. Abiit 8 Novembris 1847, sed ad Collegium Blairense admissus, studia complevit et ad sacros ordines promotus est 1852. [Obiit Parisiis 17 Sept. 1891, ætat. 63.]

1846.

110. 2 Jul. **David McCartney.** Natus 24 Junii 1826, baptizatus et confirmatus est. Abiit 8 Novembris 1847. Ad Collegium Blairense admissus studia perfecit et ordines sacros anno 1851 recepit. [Dalbeattie, 1905.]

111. 2 Jul. **Petrus Cumming.** Natus 25 Martii 1827, baptizatus et confirmatus. Ad Diaconatum ordinatus est 27 Martii 1852, et 16 Aprilis sequentis in Scotiam rediit ibique sacerdotium recepit. [Obiit Crieff 6 Feb. 1875.]

112. 2 Jul. **Gulielmus Robertson.** Natus 13 Maii 1829, confirmatus. Diaconus ordinatus est 27 Martii 1852, et anno acto ad Sti Sulpicii Seminarium transivit ibique ad presbyteratum promotus est. [Fochabers obiit 9 Julii 1857, ætat. 28.]

113. 2 Jul. **Joannes Grant.** Natus 4 Aprilis 1830. Vallisoleti confirmatus est 24 Junii 1847, et 8 Novembris sequentis abiit re

infecta. **Ad Collegium Blairense admissus est, illud autem brevi reliquit.**

114. 2 Jul. **Gulielmus Rutherford.** Natus 25 Maii 1831, baptizatus et confirmatus. Demissus est 8 Junii 1847.

115. 2 Jul. **Hugo McDonald.** Natus 14 Aprilis 1830, baptizatus et confirmatus. Illo petente ad Collegium Blairense ad studia conficienda missus est 16 Martii 1848.

116. 2 Jul. **Gulielmus Cumming.** Natus 7 Martii 1831, baptizatus et confirmatus. Abiit re infecta 16 Martii 1848, sed postea in Hallia studia sua complevit. [Obiit Rothesay 24 Dec. 1860.]

117. 2 Jul. **Carolus Bennet.** Natus 7 Octobris 1835, baptizatus est. Junii 24, 1847 Vallisoleti confirmatus est. Abiit re infecta 16 Martii 1848.

1847.

118. 20 Maii. **Georgius Bennet.** Natus . . . baptizatus 25 Maii 1828 et 6 Aprilis 1847 confirmatus. Anno 1849 ad Collegium Issy apud Parisios transivit ac postea ad Sti Sulpicii Seminarium, sed denique proposito ordines suscipiendi renuntiavit.

119. 20 Maii. **Joannes Coll.** Natus 16 Maii et ejusdem mensis 20 baptizatus, confirmatus est. Abiit 7 Novembris 1851 cum proposito monasterium ineundi. Consilio relicto, servitium Episcopo Axelodunensi obtulit et ab eo ordinatus est.

120. 20 Maii. **Gulielmus Smith.** Natus 11 et baptizatus 12 Maii 1830, confirmatus est 6 Aprilis 1847. Ordinatus est 30 Maii 1854 et 12 Junii ejusdem anni ad missionem reversus est. [Obiit Enzie 20 Jun. 1898.]

121. 20 Maii. **Hugo Chisholm.** Natus et baptizatus 19 Octobris 1830, confirmatus est 5 Junii 1842. Ordinatus est, dispensatione ætatis a Roma obtenta, 30 Maii 1854, et 12 Junii ejusdem anni missionem petiit. [Canonicus et Cathedralis Ecclesiæ Glascuæ præpositus factus est. Paisley, 1905.]

122. 20 Maii. **Georgius Forbes.** Natus 30 et baptizatus 31 Martii 1831, confirmatus est 6 Aprilis 1847. Ad Seminarium Sti Sulpicii, Parisiis, 17 Februarii 1853 transiit ibique 1855 ordinatus est. [Obiit 17 Jun. 1869, ætat. 38.]

Rev^dus ANDREAS SMITH, Professor nominatus Vallisoletum advenit 21 Junii 1847, ibique permansit usque ad 12 Augusti 1851 quando ad missionem revocatus est. [Obiit 1 Mar. 1877, ætat. 65.]

123. 21 Jun. **Gulielmus Stopani.** Natus 25 Novembris et baptizatus 9 Decembris 1830, confirmatus est 10 Septembris 1843. Studiis absolutis et ætatis dispensatione obtenta ordinatus est 30 Maii 1854, et ad missionem rediit. Aberdoniæ officium implet. [Canonicus et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Aberdoniæ Præpositus factus est, et a Papa Leone XIII. Prelatis Domestici titulum recepit. Obiit 29 Oct. 1894, ætat. 64.]

1849.

124. 3 Oct. **Carolus Caven.** Natus 20 et baptizatus 21 Septembris 1828, confirmatus est 22 Augusti 1842. Abiit re infecta 11 Septembris 1850.

125. 3 Oct. **Petrus Mellon.** Natus 15 et baptizatus 23 Februarii, confirmatus est 6 Januarii 1845. Abiit re infecta 4 Aprilis 1851.

126. 3 Oct. **Joannes Thom.** Natus 11 Novembris et baptizatus 24 Decembris 1831, confirmatus est (quo anno incertum). Abiit re infecta 21 Septembris 1850.

127. 3 Oct. **Daniel Conway.** Natus 8 Maii 1829 et paulo post baptizatus, confirmatus est anno 1837. Studiis absolutis in Scotiam revertit ibique ordinatus est. Glascuæ curam gessit. [Obiit 12 Jul. 1884, ætat. 55.]

128. 3 Oct. **Thomas Robertson.** Natus 22 et baptizatus 24 Octobris, confirmatus est anno 1844. Quum studia jam fere peregisset, ex valetudine adversa ad Scotiam adiit 14 Novembris 1856. Vere anni 1857 ordinatus est. [Obiit 16 Apr. 1863.]

1853.

129. 20 Maii. **Jacobus Boyle.** Natus 16 et baptizatus 22 Junii 1834, confirmatus est (quando incertum). Propter valetudinem adversam dimissus est 6 Octobris 1854. Ad Collegium All Hallows, Hiberniæ, adiit ubi studiis peractis ordinatus est. [Obiit Glascuæ 5 Oct. 1872, ætat. 38.]

130. 20 Maii. **Matthaeus Hughes.** Natus 17 baptizatus 27 Januarii 1839, confirmatus est 29 Junii 1851. Abiit re infecta 13 Julii 1856. Ex gratia readmissus est 25 Septembris 1858 iterumque abiit 26 Julii 1862.

131. 20 Maii. **Matthaeus Coogan.** Natus 10 baptizatus 11 Martii 1838, confirmatus est 25 Novembris 1849. Abiit re infecta 9 Julii 1859.

132. 20 Maii. **Constantinus McCue.** Natus 19 Decembris 1837, paucos post dies baptizatus, confirmatus est (quando incertum). Ordinatus est 16 Martii 1862 et 26 mensis ejusdem missionem adiit. [Ex tabe Paisley obiit 10 Dec. 1866.]

133. 20 Maii. **Donaldus McDonald.** Natus 18 Martii, baptizatus 2 Aprilis 1840, confirmatus est 1852. Ingenio deficiens dismissus est 15 Augusti 1855.

134. 20 Maii. **Georgius Goodwin.** Natus 10 baptizatus 18 Junii 1842, Vallisoleti 12 Maii 1854 confirmatus est. Male moratus, demissus est 15 Augusti 1855. Anno sequenti naufragio periit.

135. 20 Maii. **Jacobus McGinnes.** Natus 7 baptizatus 10 Maii 1840, confirmatus est 29 Junii 1851. Subdiaconus ordinatus est 21 Septembris 1861 et ad Sti Sulpicii Seminarium profectus est 27 Aprilis 1862. Ordinatus est ad presbyteratum 7 Maii 1864. [Vallisoletum reversus est 29 Augusti 1889 ut officium Pro-Rectoris impleret, ibique annos quinque permansit quando in Scotiam rediens Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Edinburgi factus est et missionis Innerleithen curam gerit.]

136. 20 Maii. **Petrus Grant.** Natus . . . baptizatus 15 Martii 1841, confirmatus est 9 Julii 1850. Studiis consuetis peractis et ætatis dispensatione obtenta ordinatus est 27 Maii 1864 et missionem adiit 13 Junii ejusdem anni. [Obiit Dumfreiæ 14 Dec. 1875, ætat. 35.]

137. 20 Maii. **Henricus McCormick.** Natus 27 et baptizatus 29 Novembris 1842, Vallisoleti confirmatus est 12 Maii 1854. Invaletudine simulata abiit 2 Octobris 1860.

138. 20 Maii. **Robertus Stewart.** Natus . . . baptizatus 8 Junii 1842, Vallisoleti confirmatus est 12 Maii 1854. Propter linguæ hæsitantiam demissus est 12 Junii 1854.

1854.

139. 28 Jul. **Patricius Tracy.** Natus 5 baptizatus 12 Aprilis 1840, confirmatus est 30 Junii 1850. Demissus est 3 Januarii 1859.

140. 28 Jul. **Gulielmus Dundas.** Natus 14 baptizatus 17 Maii 1840, confirmatus est 1 Novembris 1852. Abiit re infecta 26 Januarii 1858. [Ad Americam transfretavit sed antequam terram appulerat morte infami periit.]

141. 28 Jul. **Donaldus McInnes.** Natus 14 baptizatus 18 Augusti 1838, confirmatus est 17 Decembris 1853. [Demissus est 3 Januarii 1859, sed illi petenti concessum est ut studia sua in Sti Sulpicii Seminario susciperet, ibique ordinatus est anno 1865.]

142. 28 Jul. **Allanus Doud.** Natus 4 baptizatus 5 Septembris 1840, confirmatus est anno 1851. Abiit re infecta 1 Decembris 1855.

143. 28 Jul. **Jacobus Trainor.** Natus 24 baptizatus 27 Decembris 1835, confirmatus est 29 Junii 1851. [Abiit invaletudine simulata 16 Junii 1860.]

144. 28 Jul. **Hugo Margey.** Natus 1 baptizatus 9 Julii, confirmatus est 5 Martii 1848. Abiit re infecta 5 Februarii 1858.

1856.

145. 20 Maii. **Gulielmus Cosgrove.** Natus 29 Julii, baptizatus 2 Augusti 1841, confirmatus est 22 Junii 1851. Abiit re infecta 26 Februarii 1858.

146. 20 Maii. **Alexander McD. Walker.** Natus 10 Octobris 1842, a ministro hæretico baptizatus, sed conversis parentibus, sub conditione re-baptizatus est 15 Decembris 1851, et confirmatus est 18 Aprilis 1855. Abiit re infecta 6 Septembris 1858. Aberdoniæ mortuus est 2 Februarii 1860.

147. 20 Maii. **Jacobus McDonald.** Natus 15, baptizatus 16 Maii 1841, confirmatus est (quando incertum). Abiit re infecta 4 Januarii 1859.

1858.

148. 25 Sept. **Alexander Bisset.** Natus 8, baptizatus 12 Maii 1839, confirmatus est 26 Augusti 1855. Ordinatus 21 Maii 1864 missionem adivit 2 Junii sequentis. [Nairn, 1905.]

149. 25 Sept. **Robertus Grant.** Natus et baptizatus 10 Julii 1842, confirmatus est 20 Decembris 1855. Studia usitata complevit, et ordinatus est 20 Aprilis 1867. Ad missionem rediit 14 Julii 1867. [Boulogne, 1905.]

150. 25 Sept. **Joannes Small.** Natus 22 Aprilis, baptizatus est 1 Maii 1842. Die 31 Julii 1853 confirmatus. Ex valetudine adversa abiit 4 Januarii 1864 et ad Buenos Ayres transiens ibi obiit.

151. 25 Sept. **Henricus Carruthers.** Natus 7 Octobris 1843, baptizatus 5 Januarii 1844, confirmatus est 11 Feb. 1855. Valetudine adversa abiit 4 Januarii 1864. Ad Collegium Blairense admissus studia absolvit et Octobri 1867 ordinatus est.

152. 25 Sept. **Jacobus Forbes.** Natus 11, baptizatus 16 Octobris 1844, confirmatus est 20 Decembris 1856. Studiis peractis propter ætatis defectum ordinari non potuit. In Scotiam rediit 16 Julii 1867 et Octobri sequenti sacros ordines recepit. [Denny obiit 27 Jan. 1874, ætat. 30.]

153. 25 Sept. **Donaldus McIntosh.** Natus 25, baptizatus 16 Martii 1845, confirmatus est 20 Decembris 1856. Studiis completis ætatis defectus ordinationem prohibuit. Ad Scotiam rediit 16 Junii 1867.

1862.

154. 29 Sept. **Petrus Forbes.** Natus 23, baptizatus 27 Augusti 1843, confirmatus est 13 Aprilis 1856. Ordinatus est 6 Junii 1868 et Scotiam petiit 9 ejusdem mensis et anni.

155. 29 Sept. **Carolus McIntosh.** Natus 25, baptizatus 26 Novembris 1846, confirmatus est 20 Decembris 1856. Antequam Vallisoletum petierat bis in Scotia ex peripneumonia ægrotaverat. Julio 1866 aqua frigida innatando, revenit morbus et ex eo 22 Augusti illius anni mortuus est.

156. 29 Sept. **Joseph Hare.** Chathamii in Anglia natus 16 Martii 1845, et paucos post dies baptizatus, confirmatus est 3 Octobris 1861. Ætatis dispensatione obtenta, ordinatus est 6 Junii 1868 et die 9 ejusdem mensis in Scotiam rediit. [Stirling.]

157. 29 Sept. **Petrus Ward.** Natus 12 Martii 1843, et paucos post dies baptizatus, confirmatus est 19 Decembris 1858. Ordinatus est 6 Junii 1868, et die 14 Scotiam petiit.

158. 29 Sept. **Gulielmus Sweeney.** Natus 3, baptizatus 8 Septembris 1844, confirmatus est (die incerta). Abiit ex valetudine adversa 14 Januarii 1865.

159. 29 Sept. **Georgius McHardy.** Natus 4, baptizatus 13 Februarii 1846, confirmatus est 20 Decembris 1856. Abiit re infecta 17 Maii 1864.

1865.

Rev^dus DAVID MACDONALD. Professor nominatus Collegium advenit 27 Septembris 1865. Post Rev^di Joannis Cowie mortem ad officium Rectoris nominatus est 3 Aprilis 1879. [Illo munere magna cum prudentia studioque, cumque amore et veneratione omnium alumnorum, functus est usque ad annum 1903, quando officium reddidit. Doctor Sanctæ Theologiæ a Papa Leone XIII. factus est anno 1900.]

160. 27 Sept. **Gulielmus Bennet.** Natus et baptizatus 14 Augusti 1845, confirmatus est. Studiis peractis, ordinatus est 16 Martii 1872, et 15 Aprilis missionem petiit. Brevi Sti Patricii Ecclesiæ Glascuæ curam suscepit, sed valetudine deficienti ad Dalbeth translatus est, ibique obiit anno 1877. [20 Maii, ætat. 32.]

161. 27 Sept. **Jacobus Crawford.** Natus 30 Septembris, baptizatus 11 Octobris 1846 confirmatus est 15 Februarii 1857. Ordinatus est 16 Martii 1872, et 15 Aprilis sequentis ad Scotiam profectus est.

162. 27 Sept. **Donaldus Walker.** Natus et baptizatus 11 Aprilis 1843, confirmatus est 5 Augusti 1855. Studia complevit, ordinatus est, et in Scotiam reversus est 27 Julii 1870. Bracaræ missionis curam suscepit.

163. 27 Sept. **Jacobus Gilmour.** Natus 17 Februarii 1846 et die sequenti baptizatus, confirmatus est. Ex valetudine adversa abiit 23 Januarii 1866. Restauratus in Scotia, studia sua in Gallia complevit, ibique ordinatus est. [Motherwell apud Glascuam curam suscepit ibique ex febri maligna anno 1877 mortuus est, 12 Oct. ætat. 32.]

164. 27 Sept. **Gulielmus Gallacher.** Natus et baptizatus Octobri 1842, confirmatus est. Studia absolvit, ordinatus est et Scotiam adiit 26 Julii 1870. [Obiit Alexandria, Dumbarton, 24 May 1904, ætat. 62.]

165. 27 Sept. **Donaldus McKay.** **Natus 19 Aprilis 1842 et die sequenti baptizatus, confirmatus est 5 Augusti 1855. Studia** sua absolvit, ordinatus est, et in Scotiam rediit 26 Julii 1870. [Fidem deseruit et uxorem duxit.]

166. 27 Sept. **Duncanus Bisset.** Natus 20 Junii 1846 et die sequenti baptizatus, confirmatus est 19 Decembris 1858. Demissus est 18 Maii 1866.

167. 27 Sept. **Georgius Cormack.** Natus 23 Aprilis 1848, baptizatus 30 mensis ejusdem, confirmatus est 9 Octobris 1859. Abiit re infecta 2 Decembris 1 [Inter Oblatos Mariæ Immaculatæ intravit. London, 19

168. 27 Sept. **Carolus** tus et baptizatus 20 Julii 1850, confirmatus est . . . it re infecta 26 Februarii 1869.

169. 27 Sept. **Joseph Donald.** Natus 30 Maii, baptizatus 2 Junii 1850, confirm est 30 aii 1858. Ex phthisi in Collegio piissime obiit 16 Augusti 9.

56.

170. 16 Oct. **Carolus Brown.** us 23, baptizatus 27 Julii 1847, confirmatus est (die incerta). aletudine adversa decessit 30 Maii 1868. Postea ad udia se tulit et ordinatus est 1873. Missio Duntocher ei [Coatbridge, 1905.]

171. 16 Oct. **Gul** ar r. Natus 16 Novembris, et baptizatus . . . , confirmatus est 21 ctobris 1863. Propter ætatis defectum D tu odo recepit et missionem adiit 15 Julii 1872. o linatus missionis Strichen curam assumps ee 1905.]

172. 16 Oct. 1 r us 10, baptizatus 16 Aprilis 1848, confirmatus est 21 r is 1858. Studia sua Brugis complevit, ibique ordinatus est Decembri 1872.

1867.

173. 6 Oct. **Andreas Barret.** Natus 20, baptizatus est 30 Novembris 1846, et confirmatus 3 Junii 1866. Propter valetudinem adversam Collegio abiit 14 Septembris 1872. Ad Collegium Blairense admissus ordinatus est et curam missionis Crieff recepit. [Mente abalienata in asylum delatus est.]

174. 6 Oct. **Joannes Chisholm.** Natus et baptizatus 1848, confirmatus est 3 Octobris 1861. Ordinatus est 31 Maii 1874, et missionem petens 11 Junii curam Nairn recepit. [Obiit 6 Maii 1881.]

175. 6 Oct. **Gulielmus Fraser.** Natus 10 Junii 1845 et eadem mense baptizatus, confirmatus est 26 Augusti 1855. Ordinatus est 31 Maii 1874 et 11 Junii ad Scotiam profectus est, et missio Dufftown ei allocata est. [Clova, 1905.]

176. 6 Oct. **Petrus Grant.** Natus 2, baptizatus 3 Octobris 1850, confirmatus est 29 Aprilis 1863. 26 Octobris 1869 ex tabe mortuus est.

177. 6 Oct. **Patricius Smith.** Natus 30 Januarii 1850 et mense sequenti baptizatus, confirmatus est 12 Maii 1862. Ad salutem recuperandam in Scotiam missus est. Abiit 6 Augusti 1869. Proposito ordinis suscipiendi renuntiavit.

178. 6 Oct. **Michael O'Kane.** Natus et baptizatus 13 Junii 1847, confirmatus est . . . 1854. Ex febri perniciosa 4 Octobris 1869 mortuus est.

179. 6 Oct. **Jacobus Mann.** Natus 19 et baptizatus 30 Januarii 1851, confirmatus est 26 Aprilis 1863. [Ordinatus est ad Subdiaconatum 28 Februarii 1874. Dum ante Diaconatus ordinem susceptionem exercitia spiritualia ageret. sanguinis expuitione correptus est, et brevi languescens, obiit 3 Aug. 1874.]

180. 6 Oct. **Joannes Russell.** Valetudine adversa abiit 26 Novembris 1867.

1870.

181. 3 Dec. **Felix O'Connor.** Natus 22, baptizatus 25 Maii 1851, confirmatus est. Propter salutis defectum abiit 2 Augusti 1873. [Obiit.]

182. 3 Dec. **Jacobus Lavelle.** Natus 24, baptizatus 28 Januarii 1851, confirmatus est. Valetudine adversa abiit 1 Julii 1872.

183. 3 Dec. **Joannes McDonald.** Natus 2, baptizatus 8 Septembris 1850, confirmatus est. [Quum studia absolvisset, Sede Episcopali Vallisoletana vacante, in Scotiam missus est. Abiit 18 Junii 1875. In Scotia ordinatus curam in Ecclesia Stæ. Mariæ, Glascuæ recepit, et postea missionem Laggan curavit. Campbeltown, 1905.]

184. 3 Dec. **Carolus Corbitt.** **Natus et baptizatus eodem die, Julio 1849, in Collegio Blairensi confirmatus est. Valetudine adversa 28 Maii 1874 decessit. [Obiit.]**

185. 3 Dec. **Jacobus Stewart.** Natus 16, baptizatus 20 Aprilis 1852, confirmatus est. [Tonsuram et ordines minores Abulæ suscepit, et ad Scotiam profectus est. Ordinatus est et in Aberdonia curam recepit. Obiit Stonehaven 1 Jun. 1899.]

186. 3 Dec. **Archibaldus Chisholm.** Natus 9, baptizatus 20 Februarii 1849, confirmatus est. [Sede Vallisolitana vacante, Tonsuram et ordines minores Abulæ suscepit, et abiit 18 Junii 1875. In Scotia ordinatus est et missionem Stonehaven curavit. [Obiit Strathglass 27 Jan. 1904.]

187. 3 Dec. **Gulielmus Dawson.** Natus 19, baptizatus 27 Septembris 1853, confirmatus est. [Ordinatus est anno 1876, et in Scotiam rediens missionis Braemar curam suscepit. Teignmouth, 1905.]

188. 3 Dec. **Joannes McConville.** Natus 21, baptizatus 28 Aprilis 1854, confirmatus est. Abiit re infecta 11 Julii 1872.

189. 3 Dec. **Gulielmus Davidson.** Natus 22, baptizatus 24 Novembris 1854, confirmatus est. [Quum studia peregisset ab Archiepiscopo Eyre in patriam revocatus est, et quia propter ætatis defectum nondum erat habilis ut ordinaretur, ad tempus in Seminario Glascuensi permansit. Ordines Sacros anno 1867 recepit et ad Johnstone missionem adscriptus est. [Paisley, 1905.]

190. 3 Dec. **Gulielmus Cormack.** Natus 6 Julii 1854. [Adversa valetudine abiit. Ad Collegium Blairense admissus iterum salus defecit. A medico hortatus ut clima gratiosius peteret, assentiente Episcopo, servitium suum Episcopo Adelaide Australiæ obtulit et ab eo acceptus est.

1872.

191. 9 Jun. **Thomas Cunningham.** Natus 4 Decembris 1853 baptizatus, confirmatus est. Ad Scotiam ab Episcopo suo revocatus est ut in Seminario Glascuensi studia perficeret 1875. [Glascuæ ordinatus est 4 Maii 1879. Obiit Cambuslang, 7 Apr. 1891.]

192. 9 Jun. **Jacobus McCarthy.** Natus 30 Januarii 1853 baptizatus, confirmatus est. Revocatus est ab Archiepiscopo suo ut in

Seminario Glascuensi studia sua prosequeretur. Glascuæ ordinatus est 4 Maii 1879. [Canonicus factus est. Glasgow, 1905.]

193. 9 Jun. **Jacobus McDonald.** Natus 11 Februarii 1856 baptizatus, confirmatus est. 20 Martii 1875 re infecta abiit. Ad Seminarium Glascuense admissus 1872 brevi tempore decessit Benedictinorum ordinem petens, denique proposito renuntiavit et ad sæculum reversus est.

194. 9 Jun. **Petrus McKay.** Ad Seminarium Glascuense revocatus 1875, anno sequente propter ingenii defectum demissus est.

195. 9 Jun. **Joannes Woods.** Natus 26 Septembris 1855, baptizatus est et confirmatus. Quum Hierarchia Scotica restituta est, assignatus est diœcesi Gallovidiæ. Recepit Tonsuram et Ordines Minores die 20 et Subdiaconatum die 21 Decembris 1878, a Rev^mo^ Fratre Fernando Blanco, Archiepiscopo Vallisoletano, et Diaconatum ab eodem 8 Martii 1879. Quum facultates presentandi ad Ordines morte Rectoris Joannis Cowie cessassent, et earum renovatio moram passa esset, ille, cum quatuor alumnis, quorum nomina sequuntur, in Scotiam missus est, et ibi Sacerdos ordinatus die 22 Junii 1879. Hodie missioni Kilmarnock servit (1880). Canonicus Capituli Gallovidiani factus est. Anno 1903 munere Rectoris ab Admodum Rev^do^ Doctori Macdonald renuntiato, Collegii Rector nominatus est et venit 12 Octobris 1903.

196. 9 Jun. **Joannes Taylor.** Natus 21 Octobris 1854, baptizatus est et confirmatus. Ordinatus est Subdiaconus 21 Decembris 1878, et Diaconus die 8 Martii 1879, et profectus est in Scotiam. Est subditus Diœceseos Glascuensis. Sacerdos ordinatus 22 Junii 1879, adscriptus est ecclesiæ Sti Patritii, Glascuæ. [Canonicus Archdiœceseos Glascuensis factus est. Motherwell, 1905.]

197. 9 Jun. **Andreas Thomson.** Natus 7 Julii 1855, baptizatus est et confirmatus. Recepit Ordines Minores, Subdiaconatum et Diaconatum diebus supra notatis et rediit in Scotiam. Presbyter ordinatus, Aberdoniæ, 22 Junii 1879, operam suam obtulit Episcopo Dunkeldensi et adscriptus est missioni Arbroath, 1880. [Peterhead, 1905.]

198. 9 Jun. **Joannes McIntosh.** Natus 23 Junii 1856 baptizatus est et confirmatus. Ordinatus est ut præcedens A. Thomson. Adscriptus est missioni Fochabers. [Buckie, 1905.]

199. 9 Jun. **Joseph Hannan.** Natus . . . baptizatus est 1 Januarii 1852. Reliqua ut in præcedentibus. Presbyter ordinatus Edinburgi 29 Junii 1879. Modo inservit ecclesiæ Sti Patricii, Edinburgi. [Obiit 27 Maii 1903, ætat. 52.]

1875.

Rev^dus JACOBUS MACDONALD. **Professor Collegii Scotorum Vallisoleti nominatus, advenit** 15 Septembris 1875 secum undecim alumnos deducens. In Scotiam rediit anno 1887.

200. 15 Sept. **Joannes Toner.** Natus 14, baptizatus 15 Martii 1857, confirmatus est. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Novembris 1881. Diaconatum 4 Martii, et Presbyteratum 25 Martii 1882. In Scotiam rediit 9 Aprilis 1882. [Canonicus Archdiœceseos Glascuensis factus est. Rutherglen, 1905.]

201. 15 Sept. **Jacobus O'Brien.** Decessit, reversus est, denique abiit re infecta 27 Januarii 1878.

202. 15 Sept. **Jacobus Rochead.** Natus 10, baptizatus 18 Octobris 1857, confirmatus est. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881; Subdiaconatum 20 Novembris 1881 Diaconatum 4 Martii, et Presbyteratum 25 Martii 1882. Ad missionem adiit 11 Aprilis 1882. [Obiit Glascuæ 13 Mar. 1903 ætat. 46.]

203. 15 Sept. **Donaldus McPherson.** Natus 8, baptizatus 13 Novembris 1854, confirmatus est. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Novembris 1881, Diaconatum 4 Martii, et Presbyteratum 25 Martii 1882. Ad Scotiam profectus est 11 Aprilis 1882. [Motherwell, 1905.]

204. 15 Sept. **Henricus Laverty.** Natus in Anglia 16 Februarii 1854, baptizatus est et confirmatus. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881; Subdiaconatum 20 Novembris 1881. Diaconatum 4 Martii et Presbyteratum 25 Martii 1882. In Scotiam reversus est 9 Aprilis 1882. [Obiit.]

205. 15 Sept. **Donaldus McLellan.** Natus 3 Aprilis 1859, baptizatus et confirmatus. Valetudine adversa decessit 13 Junii 1880. In Seminario Glascuensi ordinatus est. [Obiit Morar, 26 Jan. 1903, ætat. 43.]

206. 15 Sept. **Jacobus Chisholm.** Natus 11 et baptizatus 18 Julii 1854, confirmatus est. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Novembris 1881. Diaconatum 4 Martii et Presbyteratum 25 Martii 1882. In Scotiam rediit 9 Aprilis 1882. [Arisaig, 1905.]

207. 15 Sept. **Angus McKenzie.** Abiit re infecta 5 Maii 1876.

208. 15 Sept. **Gulielmus Shaw.** Natus 1 Januarii 1858, baptizatus est et confirmatus. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Novembris 1881. Diaconatum 4 Martii et Presbyteratum 25 Martii 1882. Scotiam petiit 11 Aprilis 1882. [Paisley, 1905.]

209. 15 Sept. **Duncanus McQueen.** Natus 8 Augusti 1853, baptizatus est et confirmatus. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Nov. 1881. Diaconatum 4 Martii et Presbyteratum 25 Martii 1882. In Scotiam rediit 9 Aprilis 1882. [Inverness, 1905.]

210. 15 Sept. **Daniel Collins.** Natus 26 Januarii 1857, baptizatus est et confirmatus. Vocationis defectu, ut putavit, decessit 19 Martii 1879. Iterum acceptus revenit 27 Junio 1879. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881; Subdiaconatum 20 Novembris 1881, Diaconatum 4 Martii et Presbyteratum 25 Martii 1882, et ad Scotiam profectus est 9 Aprilis 1882. [Diœceseos Gallovidiæ Canonicus factus est. Ayr, 1905.]

1876.

211. 22 Sept. **Allanus McDonald.** Natus 25 Octobris et die 29 ejusdem 1859 baptizatus, confirmatus est 10 Junio 1874. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Novembris 1881 et Diaconatum 4 Martii 1882. Quum propter juventutem ordinari non posset, in Scotiam rediit 24 Martii 1882. Ad Presbyteratum, Glascuæ, ordinatus est die 9 Julii 1882. [Obiit Eriskay, 8 Oct. 1905.]

212. 22 Sept. **Georgius Ritchie.** Huntly natus, et die 31 Decembris baptizatus, confirmatus est 10 Junii 1874. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881. Subdiaconatum 20 ejusdem, et Diaconatum 4 Martii 1882. Ex ætatis defectu ordinari non

potuit et in Scotiam 24 Martii 1882 reversus est. Glascuæ 9 Julii 1882 ad Presbyteratum ordinatus est. [Shieldmuir, 1905.]

213. 22 Sept. **Alexander McDonald.** Natus 1 Junii 1859, baptizatus est et confirmatus. 19 Novembris 1879 abiit re infecta.

214. 15 Nov. **Joannes McIntosh.** Filius legitimus Donaldi McIntosh et Margaritæ Burton, natus in Lochaber die 20 Aprilis, baptizatus est 16 Maii 1859. Confirmatus est. Advenit 15 Novembris 1880 quum in Collegio Blairensi et in Seminario de Issy apud Parisios jam studuisset. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Nove . Subdiaconatum 20 Novembris 1881, Diaconatum 4 M resbyteratum 20 Augusti 1882. In Scotiam A 882. [Obiit Campbeltown, 16 Mar. 1903, ætat. 44.]

215. 10 Dec. **David McDon** Filius legitimus Duncani McDonald et Elizabeth McDonn na us in Glen Morrison 18 Martii 1858, baptizatus die 22, confirm tus est. Prima tonsura insignitus Parisiis a ncisco M. B. Richard, Archiepiscop Larisse chiepi. Parisiensis die 21 Maii 1880. Ordines Novembris 1881. Subdiaconatum 20 Novem atum 4 Martii et Presbyteratum 25 Martii . Ad diit die 11 Aprilis 1882. [Kirkwall, 1905.]

881.

216. 20 Apr. **Michael McManus** Filius legitimus Gulielmi McManus et Mariæ Cullins, natus e 24 Aprilis 1859, baptizatus est et confirmatus. Advenit 20 prilis 1881, quum jam apud Blairs et Seminarium Sti. Sulpicii studuisset. Tonsuram et Ordines Minores recepit 19 Novembris 1881, Subdiaconatum 20 ejusdem 1881, Diaconatum die 4 Martii 1882 et Presbyteratum 20 Augusti 1882. Abiit 23 Augusti 1882.

217. 9 Aug. **Patricius Gunning.** Filius legitimus Joannis Gunning et Elizabeth Bell, natus Arbroath die 3 et 19 Maii baptizatus 1861. Ordinatus est ad Tonsuram et Ordines Minores die 28 Novembris 1886 ab Archiepo. Vallisoletano in Collegii ecclesia. Subdiaconatum recepit 30 Novembris 1886 et Diaconatum 5 Decembris ejusdem anni. Rediit in Scotiam adversa valetudine die 23

Januarii 1887 et die 16 Februarii in Arbroath pie ac sancte obiit in Domino.

218. 9 Aug. **Ludovicus Stratz.** Filius legitimus Ludovici Stratz et Sophiæ Schindler, natus Perthiæ die 5 et die 10 Julii 1864 baptizatus est. Confirmatus est 18 Aprilis 1875. Abiit re infecta 20 Februarii 1884. Burdigali, in Hospitio Sti. Andreæ, mortuus est die 23 Februarii ejusdem anni, infelici casu super viam ferream fractis cruribus et amputato pede sinistro.

219. 9 Aug. **Joseph Donlevy.** Filius legitimus Jacobi Donlevy et Brigittæ Byne, natus Edinburgi die 30 Novembris, die 22 Decembris 1861 baptizatus est. Confirmatus. Ordinatus est ad tonsuram et Ordines Minores 28 Novembris, et Subdiaconatum recepit 30 ejusdem mensis 1886. Diaconus ordinatus est 5 Decembris 1886 et Presbyter 23 Martii 1887. Rediit in Scotiam 23 Martii 1887. [Portobello, 1905.]

220. 9 Aug. **Jacobus Slator.** Filius legitimus Jacobi Slator et Catharinæ Slator, in Hibernia natus die 1 et die 12 Januarii 1862 baptizatus est. Confirmatus. Abiit re infecta die 19 Februarii 1885.

221. 9 Aug. **Petrus McDaniel.** Filius legitimus Petri McDaniel et Brigittæ Lynch, natus Taoduni die 4 et die 10 Januarii baptizatus est anno 1864. Confirmatus. Ordinatus est ad tonsuram et Ordines Minores 28 Novembris 1886. Subdiaconus 30 Novembris ejusdem anni, Diaconus 5 Decembris 1886 et Presbyter 20 Martii 1887. Die 23 decessit in Scotiam. [Bathgate, 1905.]

222. 9 Aug. **Michael O'Reilly.** Filius legitimus Michaelis O'Reilly et Mariæ Stafford, natus Edinburgi die 30 Maii et die 10 Junii 1860 baptizatus est. Confirmatus. Adversa valetudine abiit 23 Augusti 1882.

223. 9 Aug. **Patricius Donaghy.** Filius legitimus Henrici Donaghy et Sarah McClusky, natus Glascuæ die 21 et die 24 Januarii 1862 baptizatus est. Confirmatus. Die 7 Maii 1886 ex hæmoptysi omnibus Sacramentis munitus obiit in Domino.

224. 9 Aug. **Gulielmus Doughan.** Filius legitimus Cornelii Doughan et Margaritæ Doughan, natus Leodisii in Anglia die 25 Octobris et die 23 Novembris 1862 baptizatus est. Confirmatus. Discessit

adversa valetudine die 28 Augusti et apud Nairn in Scotia mortuus est die 24 Octobris anni 1885.

225. 9 Aug. **Franciscus Young.** Filius legitimus Joannis Young et Rosannæ Hughes, natus . . . baptizatus est die 15 Martii 1861. Confirmatus. Ordinatus est ad tonsuram et Ordines Minores 28 Novembris 1886, Subdiaconus 30 Novembris 1886. Diaconus 5 Decembris 1886, Presbyter 20 Martii 1887, et die 23 ejusdem mensis et anni rediit in Scotiam. [Paisley, 1905.]

226. 9 Aug. **Duncanus Brown.** Filius legitimus Joannis Brown et Joann[illegible] scuæ die 13 et die 21 Decembris 1861 [illegible]r as. Ad tonsuram et Ordines Minores ordinat[illegible] 386, Subdiaconus 30 Novembris 1886, Diaconus[illegible] 86 et Presbyter 20 Martii 1887, die 23 rediit i[illegible] ank, Lanarkshire, 1905.]

227. 9 Aug. **Dor[illegible]** Filius legitimus David Easson et Margaritæ Stewart, nat[illegible] Tomintoul die 18 et die 20 Martii 1864 baptizatus [illegible] firmatus. Ad tonsuram et Ordines Minores ordinatus [illegible] embris 1886, Subdiaconus 30 Novembris 1886, Diaconus [illegible] mbris 1886 et Presbyter die 20 Martii 1[illegible], die 23 ejus[illegible] nsis rediit in Scotiam. Anno 1898 no[illegible] ut Pro-[illegible] s et Professoris officiis fungatur ad [illegible] iegium Nov[illegible] ris reversus est, et die 7 Martii anni sequentis [illegible] ichiali[illegible] eria obiit in Domino.

228. 9 Aug. J[illegible] ies Low.. Filius legitimus Georgii Low et Isabellæ Simpsor[illegible] ie 6 et die 14 Octobris 1862 baptizatus est.[illegible] 376. In Collegio ex peripneumonia obiit die[illegible] 2.

229. 9 Aug. Ja[illegible] V.[illegible]n d. Filius legitimus Jacobi McDonald et Mariæ [illegible]or, natus die 4 et baptizatus est die 14 Aprilis 1864. Confirmatus est 28 Januarii 1874. Ad tonsuram et Ordines Minores 28 Novembris 1886 ordinatus, Subdiaconus 30 Novembris 1886, Diaconus 5 Decembris 1886 et Presbyter 20 Martii 1887, die 23 ejusdem mensis et anni in Scotiam rediit. [Arbroath, 1905.]

1883.

230. 7 Sept. **David Morris.** Filius legitimus Joannis Morris et Mariæ (olim Vaughan) conjugum, natus die 19 et die 23 Julii 1865

baptizatus fuit. Confirmatus est die 21 . . . 1875. Tonsuratus et minoratus die 1 Novembris 1888. Subdiaconus 11 Novembris et Diaconus 23 Novembris 1888, Presbyter die 2 Junii 1889 ordinatus est et 11 ejusdem mensis in Scotiam reversus est.

231. 7 Sept. **Jacobus Humble.** Filius legitimus Andreæ et Agnetis Humble (olim Edgar) conjugum, Liverpool natus die 26 Octobris et die 12 Novembris baptizatus est anno 1865. Confirmatus est die 11 Julii 1875. Tonsuratus et minoratus die 1 Novembris 1888. Subdiaconus 11 Novembris, Diaconus 23 Novembris 1888 et Presbyter die 2 Junii 1889 ordinatus, in Scotiam 11 Junii ejusdem anni reversus est. Anno 1903 Pro-Rector Collegii Vallisoleti nominatus advenit die 15 Octobris illius anni.

232. 11 Sept. **Joannes Macdonald.** Filius legitimus Jacobi Macdonald et Margaritæ Chisholm, Cannich natus die 16 et die 18 Januarii 1864 baptizatus est. Confirmatus est die 27 Augusti 1876. Tonsuratus et minoratus die 1 Novembris 1888. Subdiaconus 11 Novembris 1888, Diaconus 23 Novembris 1888, et Presbyter 3 Februarii 1889 ordinatus est. Rediit ad missionem adversa valetudine 5 Februarii 1889 et obiit 30 Martii ejusdem anni.

233. 11 Sept. **Alexander McKay.** Demissus 5 Januarii 1884.

234. 11 Sept. **Michael McCabe.** Filius legitimus Jacobi McCabe et Annæ Mulchrone, natus die 21 Octobris et die 4 Novembris 1866 baptizatus est. Confirmatus. Tonsuratus et minoratus 1 Novembris 1888. Subdiaconus 11 Novembris 1888. Diaconus 23 Novembris 1888, et Presbyter ordinatus est 2 Junii 1889. In Scotiam 11 ejusdem mensis et anni rediit. [Dalry, 1905.]

235. 11 Sept. **Eugenius Reilly.** Filius legitimus Thomæ Reilly et Mariannæ Miller, natus Kirkaldy die 23 Martii, et die 5 Aprilis 1864 baptizatus est. Primo theologiæ anno vacans in Scotiam adversâ valetudine rediit die 31 Martii 1887, ac die 10 Junii ejusdem anni in domo paternâ in Kirkaldy phthisi mortuus est.

236. 11 Sept. **Patricius McGuire.** Abiit re infecta 20 Februarii 1884.

237. 11 Sept. **Joannes Wilson.** 21 Maii 1884 abiit valetudine adversâ et in paterna domo Arnhall apud Huntly mortuus est 29 Januarii 1887.

238. 11 Sept. **Joannes Quigley.** Natus Kilmarnock Jacobo Quigley et Agnete Donaghey die 21 et baptizatus die 28 Augusti 1865. Confirmatus est mense Octobris 1876. Valetudine adversa rediit in Scotiam die 28 Augusti 1885 et mortuus est Kilmarnock 1886.

239. 11 Sept. **David Murie.** Filius legitimus Petri Murie et Agnetis Cavan, natus die 16 Martii 1864 (sub conditione) baptizatus est mense Septembris 1875. Confirmatus. Rediit in Scotiam, consensu Archiepi. Glascuensis ob tumores strumosos die 28 Februarii 1887. [Studia absolvit in Seminario Glascuensi et ordinatus est. Obiit 7 Jun. 1900, ætat. 36.]

1884.

240. 20 Sept. **Jacobus McKay.** Abiit re infecta 19 Martii 1885. [Medicus factus est.]

1886.

Rev^dus JACOBUS DAWSON. Professor nominatus advenit die 14 Septembris 1886 et secum decem alumnos deduxit.

241. 14 Sept. **Patricius McGettigan.** Filius legitimus Patricii McGettigan et Marjoræ McGelligan, natus Crofthead die 12 et die 26 Januarii 1868 baptizatus est. Confirmatus est Glascuæ die 28 Octobris 1883. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 27 Octobris. Subdiaconus 28 Octobris, Diaconus 6 Novembris 1892, et Presbyter die 13 Augusti 1893 ordinatus, rediit in Scotiam die 17 Augusti 1893. [Musselburgh, 1905.]

242. 14 Sept. **Henricus Langley.** Filiùs legitimus Eduardi et Mariæ Langley, natus die 7 Januarii 1867, die 7 Februarii 1867 Dublini baptizatus est. Confirmatus. 11 Junii 1889 ut statum religiosum iniret Collegium reliquit. Iterum rediit ab Epo. Gallovidiensi acceptus, die . . . Augusti 1890. Tonsuram et Ordines Minores recepit 27 Octobris 1892. Subdiaconus die 28, Diaconus 6 Novembris 1892, et Presbyter die 13 Augusti 1893 ordinatus est. In Scotiam rediit 17 ejusdem mensis et anni. [Cumnock, 1905.]

243. 14 Sept. **Alexander Young.** Filius legitimus Gulielmi Young et Margaritæ Perie, natus Gartly die 26 Junii, baptizatus est 16 Julii 1869. Confirmatus est 26 Augusti 1881. Rediit in Scotiam adversâ valetudine die 1 Maii 1892 et obiit 1893.

244. 14 Sept. **Petrus McConnachie.** Filius legitimus Petri McConnachie et Margaritæ Porter, natus 24 Decembris 1868, baptizatus 3 Januarii 1869 et die 28 Augusti 1881 confirmatus est. Pater ex hæresi ad fidem est conversus. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 27 Octobris 1892, Subdiaconus die 28 Octobris 1892, Diaconatus 6 Novembris, et Presbyter 13 Augusti ordinatus est. Rediit ad missionem 17 Augusti 1893. [Cadzow, 1905.]

245. 14 Sept. **Eugenius O'Halloran.** Filius legitimus Michaelis O'Halloran et Joannæ McNiven, natus Glascuæ 5 et baptizatus 12 Decembris 1869. Confirmatus est die 27 Junii 1880. Rediit in Scotiam die 2 Februarii 1890, consilio, ut asserit, Directoris spiritualis sui. [Ingressus Seminarium Glascuense abiit et proposito ordines suscipiendi renuntiavit.]

246. 14 Sept. **Andreas O'Brien.** Filius legitimus Joannis O'Brien et Agnetis O'Donnell, Glascuæ natus die 14 et baptizatus die 18 Maii 1869, confirmatus est 23 Junii 1878. Tonsuram et minores recepit 27 Octobris 1892, Subdiaconatum 28 Octobris 1892, Diaconatum 6 Novembris 1892 et Presbyteratum 13 Augusti 1893. Ad Scotiam reversus est 17 Augusti 1893. [Shettleston, 1905.]

247. 14 Sept. **Patricius Carrol.** Abiit re infecta die 28 Februarii 1887.

248. 14 Sept. **Joannes Brady.** Filius legitimus Gulielmi Brady et Margaritæ . . . natus die 15 et die 28 Novembris 1869 baptizatus est. Confirmatus 19 Junii 1881. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 27 Octobris 1892, Subdiaconatum 28 Octobris 1892, Diaconatum 6 Novembris 1892. Rediit in Scotiam adversa valetudine die 22 Martii 1893 et ibi statim presbyter ordinatus est. [Troon, 1905.]

249. 14 Sept. **Donaldus Macrae.** Filius legitimus Duncani McRae et Helenæ McRae, die 23 Maii natus Ratagan, Glenshiel, baptizatus est die 2 Junii 1867. Confirmatus est 25 Augusti 1878. Abiit re infecta die 15 Februarii 1892. [Factus miles.]

250. 14 Sept. **Joannes Geerty.** Filius legitimus Thomæ Geerty et Agnetis Carlisle, natus Wishaw die 12 et ibi baptizatus die 22 Januarii 1871, et confirmatus 21 Sept. 1882. Tonsuram et

ordines Minores recepit die 27 Octobris 1892, Subdiaconatum 28 Octobris 1892, Diaconatum 6 Novembris 1892, et Presbyteratum 13 Augusti 1893. Ad Scotiam reversus est 17 Augusti 1893. [Coatbridge, 1905.]

1887.

Rev^dus AUGUSTINUS MCDERMOTT. Ad munus Professoris in hoc Collegio exercendum, advenit die 9 Januarii 1887. Remansit usque ad 1 Maii 1892, et tunc in Scotiam reversus est.

251. 30 Aug. **Petrus Murray.** ....us legitimus Petri Murray et Annæ McQueen, natus Glascuæ die 16 et baptizatus est die 21 Martii 1869. Confirmatus. Promotus est ad tonsuram et Ordines Minores 22 Decembris 1893, ad Subdiaconatum 23 Decembris 1893, ad Diaconatum 24 D cembris 1893 et ad Presbyteratum 24 Maii 1894. Rediit in Scotiam 27 ejusdem. [Largs, 1905.]

252. 30 Aug. **Franciscus Cronin.** Filius legitimus Eugenii Cronin et Brigittæ M xandriæ in Scotia die 1, baptizatus est die 4 emb Confirmatus est die . . . Augusti 1880. Recepit tonsuram Ordines Minores die 12 Augusti 1893, Subdiaconatum 13 Augusti 1893, Diaconatum 24 Augusti 1893, et Presbyteratum 24 Maii 1894. In Scotiam rediit 28 Maii 1894. [Gourock, 1905.]

253. 30 Aug. **Franciscus Anselmus Steven.** Filius legitimus Joannis Steven et Annæ Gordon, natus Glascuæ die 30 Januarii et baptizatus 6 Februarii 1870. Confirmatus est 23 Junii 1878. Recepit tonsuram et Ordines Minores die 12, Subdiaconatum die 13 et Diaconatum die 24 Augusti 1893. Presbyter ordinatus est 24 Maii 1894. Rediit in Scotiam 27 Maii 1894. Vallisoletum reversus est 11 Septembris 1894 Professor; abiit Februarii 1903. [Larkhall, 1905.]

254. 30 Aug. **Joannes Tierney.** Filius legitimus Gulielmi Tierney et Mariæ White, natus Perthiæ die 31 Decembris 1870, et baptizatus die 8 Januarii 1871. Abiit 1 Junii 1891 ad probandam vocationem et ad sæculum rediit.

255. 30 Aug. **Gulielmus McCormick.** Filius legitimus Jacobi McCormick et Catharinæ McCotter, natus die 22, baptizatus est die 27

Aprilis 1870. Confirmatus. Die 27 Januarii 1890 ob vocationis defectum abiit.

256. 30 Sept. **Thomas McDonna.** Filius legitimus Petri McDonner [*sic*] et Margaritæ Kemmet, natus Glascuæ die 26 Februarii et baptizatus die 13 Martii 1870. Confirmatus est 1 Maii 1881. Tonsuram et Ordines Minores recepit 13 et Subdiaconatum 13 Augusti 1893, Diaconatum die 24 Augusti 1893, et Presbyteratum 24 Maii 1894. In Scotiam rediit die 28 Maii 1894. [Tweedsmuir, 1905.]

257. 30 Aug. **Thomas Welsh.** Filius legitimus Michaelis Welsh et Elizabeth Welsh (olim McLaren) conjugum, natus est die 20 Martii et baptizatus 17 Aprilis 1870. Confirmatus die 30 Januarii 1880. Rediit in Scotiam die 1 Maii 1892 ob adversam valetudinem. Professor in Collegio de Blairs factus est, et Presbyter ordinatus 21 Julii 1893.

258. 30 Aug. **Joannes Cameron.** Filius legitimus Jacobi Cameron et Joannæ McGregor, natus Braemar, die 30 Martii 1870, et statim ab obstetrice baptizatus (rebaptizatus est, sub conditione). Confirmatus est in Collegio Blairensi 5 Julii 1886. Recepit tonsuram et Ordines Minores die 12 Subdiaconatum die 13 et Diaconatum die 24 Augusti 1893. Ad Presbyteratum ordinatus est die 24 Maii 1894 et ad Scotiam reversus est 28 ejusdem. [Ayr, 1905.]

259. 30 Aug. **Jacobus Slorach.** Filius legitimus Gulielmi Slorach et Annæ George, natus Huntly, die 28 Martii, baptizatus est die 3 Aprilis 1870. Confirmatus est 28 Augusti 1881. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 12, Subdiaconatum die 13, Diaconatum die 24 Augusti 1893. Reversus est in Scotiam ad visendos patres infirmos die 16 Januarii 1894, et ab Episcopo Aberdonensi die 25 Februarii 1894 Presbyter ordinatus est. [Portsoy, 1905.]

260. 30 Sept. **Gulielmus McMaster.** Filius legitimus Æneæ McMaster et Jessie McIntosh natus Glenmoidart die 18 et baptizatus die 23 Novembris 1870, confirmatus est die 23 Julii 1883. Recepit tonsuram et Ordines Minores die 12, Subdiaconatum die 13, Diaconatum die 24 Augusti 1893, et Presbyteratum die 24 Maii 1894. Rediit in Scotiam 27 ejusdem mensis. Rediit Vallisoletum, Professor, 10 Septembris 1894, et in Scotiam rediit 3 Julii 1902. [Castlebay, 1905.]

1888.

261. 9 Jun. **Eugenius O'Brien.** Filius legitimus Eugenii O'Brien et Annæ Donlevy, natus die 28 Aprilis, et baptizatus die 13 Maii 1866, confirmatus est 14 Maii 1876. Adversâ valetudine abiit die 24 Maii 1891, et ad Collegium Sti. Sulpicii ad studia rediit, indeque demissus est.

1889.

Reverendus JACOBUS MCGINNES. Ad munus Pro-Rectoris et Professoris exercendum, advenit die 29 Augusti 1889. Rediit in Scotiam die 11 Junii 1894.

262. 31 Aug. **Joannes McInnes.** Filius Donaldi McInnes et Catharinæ Walker natus Uist die . . . baptizatus est die 15 Septembris 1867. Confirmatus est die 15 Martii 1885. Abiit phtisi laborans die 8 Septembris 1891 et in Scotia die 16 Novembris 1891 Obani obiit.

263. 31 Aug. **Petrus Morrison.** Filius legitimus Malcolmi Morrison et Marion Walker, natus Uist die 3, baptizatus die 6 Martii 1871, confirmatus est 15 Martii 1885. Adversâ valetudine in Scotiam rediit die 13 Julii 1892. [Obiit 7 Dec. 1896, ætat. 26.]

264. 31 Aug. **Joannes McWilliam.** Filius legitimus Petri McWilliam et Joannæ Ritchie, Aberdoniæ natus die 23 et die 29 Maii 1870 baptizatus, confirmatus est die 20 Augusti 1882. Ob ingenii defectum abiit die 13 Martii 1890.

265. 31 Aug. **Gulielmus McNair.** Filius legitimus Gulielmi McNair et Euphemiæ Watt, Aberdoniæ natus die 15 Junii, et baptizatus die 2 Julii 1871, confirmatus est 20 Augusti 1882. Adversa valetudine abiit die 9 Aprilis 1891. Ex phthisi Aberdoniæ obiit eadem mense et anno.

266. 31 Aug. **Alexander McDonald.** Filius legitimus Eweni Macdonald et Mariæ Macdonald natus die 29, baptizatus die 31 Decembris 1869, confirmatus est 25 Februarii 1883. Ad tonsuram et Ordines Minores promotus est die 22, ad Subdiaconatum die 23, ad Diaconatum die 26 Decembris 1893. Sacerdos ordinatus est die 31 Martii 1895 et ad Scotiam rediit 14 Aprilis ejusdem anni. [Obiit Glasgow, 1905.]

267. 31 Aug. **Joseph McLellan.** Filius legitimus Joannis McLellan et Isabellæ Davidson, natus die 28 Februarii et baptizatus 2 Martii

1870. Confirmatus est 25 Maii 1884. Rediit in Scotiam adversa valetudine die 17 Octobris 1891, postea missus est ad Seminarium Sti. Sulpicii in Gallia. [Stonehaven, 1905.]

268. 31 Aug. **Thomas Miley.** Filius legitimus Thomæ Miley et Mariæ Clerk, natus Edinburgi die 15 et baptizatus die 30 Aprilis 1871. Confirmatus est 28 Maii 1881. Ad tonsuram et Ordines Minores promotus est die 22 Decembris, ad Subdiaconatum die 23, ad Diaconatum die 26 Decembris 1893. Presbyter ordinatus est die 24 Maii 1894 et 27 ejusdem mensis rediit in Scotiam. In Collegio de Blairs Professor factus est.

1890.

Rev^dus JOANNES DOHERTY (Dunkeldensis) ad munus Professoris exercendum advenit 28 Decembris 1890. Redux in Scotiam abiit 26 Maii 1894.

1892.

269. 29 Oct. **Andreas Macintyre.** Filius legitimus Jacobi McIntyre et Rebeccæ Donnaghey, natus die 12, baptizatus die 25 Augusti 1872. Nullum extat testimonium confirmationis ejus in libro Confirmatorum quum non inscribebantur tunc nomina. Constat ejus confirmatio ex duobus testibus ocularibus. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898. Presbyter ordinatus est 21 Maii 1899 et in Scotiam abiit 25 Maii 1899. [Cowdenbeath, 1905.]

270. 29 Oct. **Joseph McHardy.** Filius Gulielmi McHardy et Elizæ Thomson, Aboyne natus die 19 et die 20 Januarii 1874 baptizatus, confirmatus est die 15 Maii 1886. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4 Subdiaconatum die 5 Diaconatum die 13 Martii 1898. Rediit in Scotiam die 17 Aprilis 1899, ut officio Professoris in Collegio Blairensi fungeretur, ibique Presbyter, die Ascensionis 1899, ordinatus est.

271. 29 Oct. **Patricius McDaniel.** Filius legitimus Petri McDaniel et Brigittæ Lynch, Taoduni natus die 30 Januarii, baptizatus est die 7 Februarii 1875. Confirmatus est die 18 Februarii 1883. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum 13 Martii 1898. Presbyter ordinatus die 21 Maii 1899. In Scotiam abiit 25 Maii 1899. [Maybole, 1905.]

272. 29 Oct. **Joannes Joyce.** Filius Ricardi Joyce et Margaritæ Mullen natus Inverkeithing die 6, baptizatus die 13 Augusti 1875. Confirmatus est 29 Aprilis 1883. Abiit re infecta 18 Januarii 1897. Iterum rediit 19 Octobris 1897. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898. Presbyter ordinatus 21 Maii 1899. Decessit 25 Maii 1899. [Kelso, 1905.]

273. 29 Oct. **Georgius McConnachie.** Filius Joannis McConnachie et Jessie McDonald, natus die 16, baptizatus 21 Februarii 1875, confirmatus est die 5 Januarii 1887. Recepit tonsuram et Ordines Minores die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898 et Presbyteratum die 21 Maii 1899. In Scotiam rediit 25 ejusdem mensis et anni.

274. 29 Oct. **Joseph Roche.** Filius Eduardi Roche et Elizabeth Richards, Lochee, Taoduni natus die 12 et die 19 Septembris 1875 baptizatus, confirmatus est 24 Octobris 1886. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898. Presbyter ordinatus 21 Maii 1899. Abiit in Scotiam die 25 ejusdem mensis. [Newton Stewart, 1905.]

1893.

275. 4 Oct. **Daniel Conway.** Filius Patricii Conway et Catharinæ Fagan, natus Port-Glasgow die 25, baptizatus die 28 1873, confirmatus est die 17 Septembris 1885. De Notre Dâme des Champs, Parisiis, Vallisoletum advenit. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898, et Presbyteratum die 21 Maii 1899. Decessit 25 Maii 1899. [Penicuick, 1905.]

276. 4 Oct. **Joannes Roche.** Filius Eduardi Roche et Elizabeth Richards, Lochee, Taoduni natus die 9, baptizatus die 16 Novembris 1873, confirmatus est die 14 Octobris 1883. Vallisoletum de Notre Dâme des Champs, Parisiis, advenit. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898, et Presbyteratum die 21 Maii 1899. In Scotiam rediit 25 Maii 1899. [Dundee, 1905.]

277. 4 Oct. **Donaldus Matheson.** Filius Joannis Matheson et Barbaræ Grant, Tomintoul natus die 7 baptizatus die 14 Decembris 1873,

confirmatus est die 25 Maii 1884. Advenit de Blairs. Recepit tonsuram et minores die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898, et Presbyter ordinatus est 21 Maii 1899. In Scotiam abiit die 25 Maii 1899. [Glengairn, 1905.]

278. 4 Oct. **Joannes McMenemy.** Filius Thomæ McMenemy et Brigittæ Reilly, Glascuæ natus die 6 et die 27 Junii 1875 baptizatus, confirmatus est die 26 Septembris 1886. De Collegio Notre Dâme des Champs, Parisiis, Vallisoletum advenit. Tonsuram et Ordines Minores recepit 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898 et Presbyteratum die 21 Maii 1899. In Scotiam rediit die 25 ejusdem mensis. [Glasgow, 1905.]

279. 4 Oct. **Jacobus McCormack.** Filius Jacobi McCormack et Mariæ Cassidy, natus Taoduni die 19 et die 22 Septembris 1875 baptizatus, confirmatus est 14 Maii 1886. De Blairs Vallisoletum venit. Tonsuram et minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898. In Scotiam adversâ valetudine rediit 17 Aprilis 1899. Presbyter Taoduni 24 Augusti 1899 ordinatus est. Taoduni phthysi 3 Novembris 1900, mortuus est.

280. 4 Oct. **Gulielmus McCurragh.** Filius Gulielmi McCurrach et Margaritæ McCurrach, Edinburgi natus die 1, die 7 Octobris 1875 baptizatus. Confirmatus est 22 Novembris 1885. Advenit de Blairs. Tonsuram et Ordines Minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5, Diaconatum die 13 Martii 1898, et Presbyteratum die 21 Maii 1899. Rediit ad missionem die 25 ejusdem mensis. [Dundee, 1905.]

281. 4 Oct. **Georgius Shaw.** Filius Gulielmi Shaw et Elizæ Bennet, Aberdoniæ natus die 19 et die 26 Junii 1876 baptizatus, confirmatus est die 15 Augusti 1886. De Blairs venit. Tonsuram et minores recepit die 4, Subdiaconatum die 5 Martii 1898. Diaconus ordinatus est die 24 Augusti 1898 et Presbyter die 21 Maii 1899. Ad missionem adiit 25 Maii 1899. [Aberdeen, 1905.]

282. 4 Oct. **Æneas McInnes.** Filius Æneæ McInnes et Margaritæ Adam, Fetternear natus die 16 Julii 1876 et die 30 Septembris 1876 baptizatus, confirmatus est . . . Die 21 Augusti 1898 tonsuram et minores recepit, die 24 Augusti Subdiaconatum, die

24 Septembris 1898 Diaconatum, et Presbyter factus est die 21 Maii 1899. Missionem petiit die 25 Maii 1899. [Stratherrick, 1905.]

1894.

Rev^dus ANSELMUS STEVEN. Ut Professoris officium impleret Vallisoletum advenit die 16 Septembris 1894. Secum deduxit novem alumnos. In Scotiam rediit mense Februario 1904.

283. 16 Sept. **Joannes McCabe.** Filius Joannes McCabe et Catharinæ Fulham, Glascuæ natus die 14 et die 21 Februarii baptizatus anno 1875, confirmatus est 23 Maii 1886. Abiit re infecta die 5 Junii 1898.

284. 16 Sept. **Franciscus O' en.** Filius Jacobi O'Brien et Annæ O'Brien (olim Doonan) conjugum, natus est die 12 et baptizatus die 21 Julii 1876. Confirmatus est die 15 Julii 1886. Tonsuram et minores recepit die 21 Februarii, Subdiaconatum die 22 Februarii, Diaconatum die 15 Martii 1902 et Presbyteratum 29 Junii 1902. Rediit in Scotiam 2 Julii 1902. [Slamannan, 1905.]

285. 16 Sept. **Petrus McCarrol.** Filius Joannis McCarrol et Helenæ Healy, natus die 9 Novembris et die 29 baptizatus, confirmatus est anno 1881. Valetudinem adversa in Scotiam rediit die 31 Julii 1900. Obiit.

286. 16 Sept. **Dionysius Scannell.** Filius Patricii Scannell et Helenæ Donovan, natus . . . , baptizatus est die 4 Januarii 1875 et 29 Maii 1888 confirmatus. Tonsuram et minores recepit die 21, Subdiaconatum die 22 Februarii, Diaconatum die 15 Martii et Presbyteratum die 29 Junii 1902. In Scotiam rediit 2 Julii 1902. [Glasgow, 1905.]

287. 16 Sept. **Patricius Cush.** Filius Jacobi Cush et Agnetis Dumphy, Glascuæ natus die 16 et baptizatus die 21 Novembris 1875. Confirmatus est 27 Sept. 1885. Tonsuram et minores recepit die 21. Subdiaconatum die 22 Februarii, Diaconatum die 15 Martii, et Presbyteratum die 29 Junii 1902. Ad missionem adiit 2 Julii 1902. [Cambuslang, 1905.]

288. 16 Sept. **Patricius Diamond.** Filius Patricii Diamond et Teresiæ Rice, natus die 29 Novembris et die 5 Decembris 1875 baptizatus, confirmatus est anno 1885. Recepit tonsuram et Ordines

Minores die 21, Subdiaconatum die 22 Februarii, Diaconatum die 15 Martii et Presbyteratum die 29 Junii 1902. Scotiam petiit 3 Julii 1902. [Glasgow, 1905.]

289. 16 Sept. **Gulielmus de Monti.** Filius Joseph de Monti et Mariæ Annæ Galleti, Glascuæ natus die 4 Decembris et die 14 ejusdem baptizatus 1876, confirmatus est 24 Junii 1886. Abiit adversâ valetudine 13 Octobris 1896. Obiit.

290. 16 Sept. **Daniel Colvin.** Filius Danielis Colvin et Margaritæ McGee, Glascuæ natus die 24 et die 25 Januarii 1877 baptizatus, confirmatus est 17 Januarii 1886. Tonsuram et minores recepit die 21 Subdiaconatum die 22 Februarii, Diaconatum die 15 Martii et Presbyteratum 29 Junii 1902. In Scotiam rediit 3 Julii 1902. [Glasgow, 1905.]

291. 16 Sept. **Bartolomeus Flynn.** Filius Thomæ Flynn et Mariæ Woods, natus die 12 et die 18 Martii baptizatus 1877, confirmatus est 5 Aprilis 1889. In Scotiam adversa valetudine rediit die 2 Julii 1895.

1895.

292. 11 Sept. **Jacobus Clarke.** Filius Michaelis Clarke et Margaritæ McGarrigle natus die . . . baptizatus die 24 Maii 1874. Confirmatus est. Tonsuram et Minores Ordines recepit die 21, Subdiaconatum die 22 Februarii, Diaconatum die 15 Martii, et Presbyteratum die 29 Junii 1902. Rediit in Scotiam 3 Julii 1902. [Shieldmuir, 1905.]

1898.

Rev^dus DONALDUS EASSON. Pro-Rector, et Professor nominatus Collegium advenit die 18 Novembris 1898. Die 7 Martii 1899, ex bronchiali diphtheria obiit in Domino.

293. **Donaldus Martin.** Advenit die 4 Octobris 1899. (Jam studet 1905.)

1903.

Ad^m Rev^dus JOANNES WOODS, ut officio Rectoris Collegii Scotorum fungatur, advenit die 12 Octobris 1903.

Rev^dus JACOBUS HUMBLE ad Pro-Rectoris munus exercendum advenit ad supra dictum Collegium die 15 Octobris 1903.

NOMINA RECTORUM

Qui Collegium Vallisoletanum

rexêre ab anno 1771.

Collegium Scoto-Hispanum restauratum, et a Jesuitarum gubernatione, in manus Scotorum ad secularium missionum usum datum, favore regio, a Matrito Vallisoletum translatum est die 16 Octobris 1771; et ille, qui tanta cum prudentia, zelo, studioque res ita gesserat ut, non solum Collegii ædificium, sed etiam reditus, ornamenta ecclesiastica, libros et omnia fere quæ Collegium antea possederat, restituta essent, primus Scotorum Vallisoletani Collegii Rector factus est.

1. Admodum Rev^dus JOANN. GEDDES Collegium rexit ab anno 1771 ad annum 1779-80, quando Episcopo Hay Coadjutor electus in Scotiam reversus est. Obiit die 11 Februarii 1799.
2. Ad^m Rev^dus ALEXANDER CAMERON Rector factus est anno 1780. Anno 1799 mortuo Episcopo Geddes, Coadjutor a Rev^mo Georgio Hay electus, Matriti consecratus est 28 Octobris 1799, et in Scotiam rediit anno 1802.
3. Ad^m Rev^dus JOANNES GORDON officium iniit 1799 et obiit anno 1809.
4. Ad^m Rev^dus ALEXANDER CAMERON Collegium administravit ab anno 1808 usque ad annum 1833, quando apoplexia correptus, die 20 Novembris, Vallisoleti mortuus est.
5. Ad^m Rev^dus JOANNES CAMERON Rector factus anno 1833 per quadraginta annos Collegium rexit. Munere suo abdicavit anno 1873 et die 15 Februarii 1876 Vallisoleti mortuus est, anno ætatis 85.

6. Adm Revdus JOANNES COWIE Rector nominatus officium iniit die 1 Novembris 1873 et die 25 Martii 1879 ex peripneumonia Vallisoleti mortuus est.
7. Adm Revdus DAVID MACDONALD, D.D. Rector factus est die 4 Aprilis 1879: per viginti quinque annos illo munere functus est usque ad annum 1903 quando officio abdicavit.
8. Adm Revdus JOANNIS CANONICUS WOODS Rector nominatus, Vallisoletum advenit die 12 Octobris 1903.

CATALOGUS
SEMINARII RATISBONÆ
MDCCXIII—MDCCCLV

CATALOGUS

eorum omnium adolescentium qui ab anno MDCCXIII advenerunt et suscepti fuere ad nostrum SEMINARIUM [RATISBONÆ].

SYNOPSIS INSTITUTI.

Diu actum fuit ut seminarium pro juventute nationis nostræ pietate et literis instituenda hic Ratisbonæ erigeretur: tandem anno 1713, promovente imprimis Rmo. et Illmo. Dno. Godefrido de Simern, Episcopo suffraganeo et Administratore Episcopatus Ratisbon., R. P. Maurus Stuart ex nostris in missione degens, decem adolescentes secum ad nos conduxit: ab initio gravissima passus est, famem, nim. pestem et multarum rerum penuriam: tempestive autem se ab urbe cum suis subduxit ad Prædium nostrum in Griestetten, ibique aliquot menses ægre victitans donec Celsmus Princeps Joannes Antonius Episcopus Eistettensis eorum sortis misertus, stipendium annuum in eorum sustentationem gratiosissime concessit, summam capitalem in dotem hujus pii operis inter vivos scripto promisit, et in tabulis suæ ultimæ voluntatis confirmavit: quinque annis in Griestetten morati sunt Alumni nostri. Interim Serenissimus Elector et Dux Bavariæ Maximilianus Emanuel anno 1717 fundationem pro sex vel octo aliis alumnis clementissime tribuit, ex quo et ex liberali munificentia altedicti Illmi. Dni. de Simern etc. cœptum est et anno 1719 omnibus numeris completum est ædificium intra septa nostra Monasterii pro Alumnis quorum numerus hoc anno insigniter fuit auctus.

1713.

Julii 5. Griestettam adventarunt sub conductu Rdi. P. Mauri Stuart decem juvenes, nim.:—

1. **Joannes Cruckshanke**, Doctor med.
2. **Wilhelmus Grant**, maj., degit in Scotia uxorat.

3. **Robertus Grant,** maj., Profess. Relig., obiit 23 Junii 1733 in missione. (Filius dni. in Ruven, Columbanus.)[1]
4. **Wilhelmus Gordon,** abiit in Italiam.
5. **Wilhelmus Grant,** min., Prof. Rel.
6. **Walterus Abercromby,** in Scotia navarcha.
7. **Joannes Leslie,** Prof. Rel. (P. Bonifacius, †1779.)
8. **Robertus Grant,** min., Prof. Rel.
9. **Jacobus Hamilton,** Prof. Rel. (P. Placidus, Abbas Wurzburg, †1786.)
10. **Joannes Stuart,** uus suus Dns. Patr. Stuart ad se vocavit ; Pro ipso
11. **Jacobus Mas** cce it in Angliam.

18.

opulerunt sub conductu Dni. Georgii
n :s c octo juvenes nimirum :—

12. , Rel rof. (Strathdoun in Achlichny : Maurus.)
13. / ande n, Beldor in Scotia maritus.
14. Jo **Abernethy,** ad pare s red.
15. Prof. Relig. (Filius Dni. in Lismurden.)
16. C is Li (Cisterciensis in Waldsassen.)
17. **Robertus Lieth,** Prof. Relig. (Gallus Abbas.)
18. **Alexander Grant.** (Professus Herbipoli.)
19. **Alexander Stuart,** Prof. Relig. (Boggs.)

Hac occasione venit ad nos

20. **D. Patritius** [Gordon] de Letterfury, jun., qui logicam Ratisbonæ uno anno et jura civilia 2 annis Erfurti absolvit. Vixit suis sumptibus.

1719.

Sub conductu R. P. Mauri Stuart, 2^do^, die 6 Septemb. advenerunt.

21. **Robertus Gordon.** (Cajetanus Monachii.)

[1] The additions in round brackets are from the Register, but are not parts of the original entries.

22. **Alexander Gordon,** Dorleathers. (Redivit ad suos.)
23. **Joannes Henderson,** Prof. Relig. (P. Magnus.)
24. **Patritius Stuart.** (Studiis juridicis operam dedit. Anno 1733 mense April uxorem duxit filiam D. de Tunberg.)
25. **Colomannus Macgregore.** (Sacerd. sæcularis.)
26. **Alexander Abernethy.** (Redivit ad suos, † in America.)
27. **Carolus Stuart.** (Professus Herbipoli. Redivit in Scotiam 1723; reversus 1724. Natus 27 Aug. 1709.)
28. **Hugo Auchinleck,** Profess. Relig.

1723.

2 juvenes venerunt.

29. [**Andreas Parkins.**
30. **Robertus Dugud.**]

1731.

Sub conductu P. Mariani Brockie advenerunt 6 juvenes.

1735.

4 Julii. Sub conductu R. P. Antonii Stuart ex Scotia advenerunt 9 juvenes.

37. **Gulielmus Menzies,** natus 25 Maii, 1721.
38. **David Menzies,** natus 15 Aug. 1722.
39. **Alexander Menzies,** natus 6 Dec. 1723, st. vet.
Fratres germani et filii Dni. de Pitfodles; omnes fuerunt revocati 1738. Redivit Alex. cum Jacobo fratre 1 Nov. Alex. induit novitium 1741, S. Mich.
40. **Jacobus Menzies,** junior frater advenit cum Alex. 1738, Nov. 1.
41. **Cosmus Falconer,** natus 9 Novemb. 1723.
42. **Georgius Crichton,** natus 25 Sept. 1725.
43. **Jacobus Ravencroft.**
44. **Thomas Kennedy,** 20 Julii N.S., anno 1722. (Profess.)
45. **Robertus Grant.**
46. **Joannes Macdonel.**

1739.

4 Octob. Sub conductu R. P. Mariani Brockie advenerunt ex Scotia 5 juvenes.

47. **Alexander Grant,** nepos ex fratre R. P. Mauri, Prioris, æt. 14.
48. **Alexander Gordon** de Licheston, æt. 10.
49. **Carolus,** Alexandri pictoris filius, Edinb., æt. 9.
50. **Arthurus Gordon,** filius nobil. dni. Beldorny, 8 æt.
51. **Donaldus Mackintosh,** filius Patris montani, æt. 7.

1747.

6 Aug. Sub conductu R. Dni. Thomæ Brockie advenerunt ex Scotia tres juvenes, et unus ex Holandia.

52. **Joannes Stuart,** nepos ex fratre Rmi. nri. Abbatis, æt. 16. (Enzie, Bogs.)
53. **Jacobus Stuart,** frater germ. Johanis, æt. 13.
54. **Johanes Farquerson,** æt. 11.
55. **Petrus Weingardin,** Hol., æt. 13.

Anno 1748.

29 Novembris. Advenerunt sub conductu R. Patris Erhardi Grant quinque juvenes, videlicet :—

56. **Joannes Grant,** de Blairfindy
57. **Alexander Forselth** } qui reversi sunt.
58. **Joannes Anderson,** de Teinet.
59. **Carolus Gordon,** de Beldorny. (Natus 5 Martii, n.s., 1737.)
60. **Carolus Arbuthnot,** de Rora. (Profess. Natus 5 Martii, n.s., 1737.)

Anno 1756.

Advenerunt sub conductu Revdi. Domini Thomæ Brockie—

61. **Carolus Drummond,** ex Familia Ducum de Perth.
62. **Joannes Macdonel.**
63. **Carolus Fraser.**

Paulo post sub conductu patris sui ex Gallia—

64. **Jacobus Carmichael.**
65. **Joannes Carmichael.**

Anno 1764.

Sub conductu R. P. Jacobi Anderson advenerunt—

66. **Jacobus Hamilton.** (Natus mense 18 Octob. 1752. Prof.)
67. **Alexander Hamilton.** (Natus 16 Octob. 1754. Prof.)
68. **Alexander Macdonel.**
69. **Carolus Macdonel.**
70. **Joannes Grant.**
71. **Joannes Dugud.**

Anno 1772.

Sub conductu R. P. Benedicti Arbuthnot advenerunt 9 Decembris—

72. **Alexander Young.**
73. **Jacobus Moir.** (Natus 20 Decembris 1761.)
74. **Alexander Horn.** (Natus 28 Junii 1762. Profess.)
75. **Carolus Roy.**
76. **David Drummond.** (Profess.)
77. **Guillielmus Rolland.**

Postea ad nos venit—

78. **Jacobus Robertson,** ex collegio Jesuitarum à Dinant. (Natus 20 Oct. anno 1758, profess. 29 Sept. 1778, presbiter ord. 27 October 1782, mortuus 3 May 1820.)

Anno 1775.

Ex Scotia advenit—

79. **Thomas Graham,** natus a° 1766. (Die 11 Aug. gebohren zu Largy. Profess.)

Anno 1779.

Advenerunt—

80. **Henricus Clint.**
81. **Carolus Graham.** (Was living in London 1844.)

82. **Jacobus Horn.** (Profess. Maurus. Natus 25 Julii 1765 zu Montrose. Mortuus 2 April 1833 somewhere in Germany.)

Anno 1784.

Advenerunt—

83. **Petrus Sharp.** (Natus 29 Dec. 1769, von Mortlach.)
84. **Thomas Moir.**

Anno 1788.

28 Junii. Sub conductu Patris Galli Robertson, missionarii in Scotia, ad nos venerunt—

85. **Ernestus Leslie** (12 years old
86. **Johny Leslie** (7 years old } filii Domini **Joannis Leslie** de Balquhain).
87. **Alexander Reid** (in Seminario mortuus).
88. **John Deason** (14 years old; natus 1 Febr. 1774 in Huntly. Prof. 29 Sept. 1794; Presb. 11 Maerz 1797; mortuus 21 Novemb. 1855.)

Anno 1791.

Ex Scotia ad nos venerunt 19 Septembris—

89. **Robertus Macpherson** (11 years old).
90. **Angus** vel **Aeneas Macdonald** (12 years old).

Anno 1792.

91. **Archibadus** [*sic*] **Maciver** (11 years old. Professed and died as dean of the Cathedral, Ratisbon; natus 31 Dec. 1780.)

Anno 1800.

Mense Julio advenerunt ex Scotia—

92. **Ludovicus Reid,** 13 years old.
93. **Jacobus Cruickshank,** natus 20 Martii 1789; died in Germany.
94. **Carolus Fraser** (Missionarius Aberdoniae 1830).
95. **Alexander Fraser.**

Anno 1802.

96. Advenit ex Gallia **Thomas Carmichael.**

Anno 1817.

Die 1ma Novembris sub conductu Rvdi. P. Galli ex Scotia ad nos venerunt—

97. **James McNaughten,** natus 1802, 8 Martii. (Rediit in Scotiam aº 1828, ibique missionarius ordinatus est; 1862 in America.)

98. **John Lamont,** natus anno 1805, 13 Decemb. (Aº 1828 abiit Monachium, postea Observatorii Regii Conservator. He became professor of Astronomy in the University of Munic.)

99. **James Reid,** natus anno 1809, 7mo Septembr. (Aº 1829 in patriam reversus est.)

1830.

Die 6ta Septembris sub conductu Rvdi. D. Jacobi McHattie Presbyteri sæcularis ex Scotia venerunt—

100. **Jacobus Russel,** natus 3 August 1815. (Ob infirmam valetudinem anno 1837 in Scotiam rediit. Recuperata valetudine missionarius ordinatus fuit, and died much respected in Glasgow.)

101. **Alexander Scott,** natus 14 Martii 1817. (Aº 1836 abiit in Collegium Scoticum Romæ, unde aº 1838 ob infirmam valetudinem huc reversus obiit die 16ta Aprilis 1839.)

102. **Mark Diamond,** natus 2 Nov. 1817. (Religiosus professus; obiit 23 Sept. 1839.)

103. **Jacobus Bennett,** natus 25 Januar. 1818. (Religiosus prof.; obiit 29 Sept. 1839.)

104. **Joannes MacDonald,** natus 2 July 1818. (Anno 1837 abiit in Colleg. Scotor. Romæ. Is now priest at Eskadale 1862. Bishop 24 Feb. 1869.)

105. **Aeneas (Angus) McDonald,** natus 25 Sept. 1818. (Professus Religiosus, 9 Maii 1839; sacerd. 27 Martii 1841; obiit 19 Marti; 1843.)

1838.

Die 14 Junii sub conductu Revdi D. Joannis Maclachlan[1] Presbyteri Sæcularis ex Scotia advenerunt et quidem missi *ab Episcopo Districtus Orientalis* :—

[1] A.D. 1839 mense Junio Revdus D. Joannes Maclachlan in Scotiam rediit.

106. **Robertus Cameron,** natus 3 Januar. 1823. (Ob infirmam valetudinem die 20 Maii anno 1844 in Scotiam rediit. Missionarius ordinatus fuit. Obiit 10 Januar. 1848 at Falkirk.)

107. **Joannes Stuart,** natus 16 Julii 1822. (Anno 1840 in patriam rediit, ibique missionarius ordinatus est. Died 12 Jan. 1875 in Glasgow.)

108. **Guillelmus Stuart,** natus 1 Decemb. 1826. (13 Februar. 1845 in Scotiam rediit.)

ab Episcopo Districtus Septentrionalis :—

109. **Guillelmus Robertson,** natus 5 Decemb. 1824. (Profess. 9 Nov. 1845. Sacerd. 19 Julii 1851.) [Last Scotch Benedictine Monk at Ratisbon. Died at Fochabers, 19 Nov. 1900.]

110. **Joannes Garden,** natus 7 Februar. 1825. (Anno 1840 in Scotiam reversus est. Died in Elgin 1863.)

111. **Guillelmus Hepburn,** natus 17 Decemb. 1826. (Anno 1848 in patriam reversus est.)

ab Episcopo Districtus Occidentalis :—

112. **Hugo M'Swein,** natus 27 Decemb. 1820. (Anno 1839 rediit in Scotiam; and became a schoolmaster. In 1855 a novice with the Passionists in England.)

113. **Allan Macdonald,** natus 21 Julii 1825. (Anno 1840 die 2 Aprilis hic mortuus.)

114. **Alexander Reid,** natus 15 Februar. 1828. (Anno 1844 in Scotiam reversus est, ibique missionarius ordinatus est.)

1841.

Die 8va Septembris sub conductu P. Bernardi Macdonald advenerunt—

115. Revdus Dominus **Ludovicus Ferguson,** sacerdos sæcularis, natus Edinburgi die 3tia Januarii 1815, Presbyter ordinatus 6ta Augusti 1841. (He remained until 1853 in our house.)

Seminaristæ ex Districtu Septentrionali :—

116. **Alexander Gordon,** natus in Upper Clochan (Enzie) die 20 Junii 1829. (Anno 1844 in patriam rediit.)

117. **Alexander Macrae**, natus in Mulardich (Strathglass) 12 Septembris 1829. (Anno 1845 in patriam rediit. Died at Blairs College.)

Ex Districtu Occidentali :—

118. **Archibald Macdonald**, natus in Glenuig (Moydart) 9 Novembris 1828. (Anno 1845 15 May in patriam rediit.)

119. **Coll Macdonell**, natus apud Inch (Lochaber) die 6ta Januarii 1832. (Anno 1845 in Scotiam reversus est.)

120. **David Macdonald**, natus in Fort William die 16ta Martii 1832. (Anno 1845 in patriam rediit. Studied some years at Blair, from thence he went to the Propaganda in Rome. He was ordained priest.) [1905, Rector Emeritus of Scotch Coll., Valladolid.]

1845.

Die 2da Augusti sub conductu D. Roberti Gordon[1] de Letterfourie advenerunt—

121. **Georgius Josephus Mitchell**, natus 9 Augusti 1831 Aberdoniæ. (Anno 1848 3 May in Scotiam rediit.)

122. **Joannes Wiseman**, natus 5 Julii 1833 in Buckie. (In Scotiam rediit 1850. Died in Leith 1875.)

123. **Joannes Shaw**, natus 15 Augusti 1833 in Gollachie prope Buckie. (Anno 1848 3 May redivit ad suos.)

124. **Jacobus Davidson**, natus 20 Septembris 1833 in Poutingbrae prope Buckie. (Anno 1848 3 May ad parentes rediit.)

125. **Jacobus Duncan** [natus] 1834. (Anno 1848 3 May in patriam reversus est.)

126. **Jacobus Kelman**, natus 3 Aprilis 1835 in Portsoy. (Anno 1848 3 May in patriam rediit.)

Anno 1852.

Die 27 August sub conductu P. Anselmi Robertson advenerunt et quidem missi

ab Episcopo Districtus Orientalis :—

127. **Joannes Miller**, natus in Edinburgh. (Ob infirmam valetudinem in patriam rediit 1852.)

[1] Robertus Gordon anno 1848 in patriam reversus est.

128. **Alexander Gall, natus in Aberdeen die 15 Julii 1836 et confirmatus. (Sent home 1855; died in Aberdeen 21st Feb. 1872.)**

129. **Alexander Bennet, natus in Patonlaws de Blairs in comitatu Kincardinensi die 25 July 1839. (Was ordained 1862 and is on the Mission in Scotland. Died 25 March 1865 at Perth.)**

130. Jacobus Shaw, natus prope Portsoy in comitatu Aberdonensi die 10 Octob. 1837. (Returned home to Scotland.)

ab Episcopo Districtus Septentrionalis :—

131. Joannes Shaw, natus in Gollachie prope Buckie die 15 Aug. 1833 et confirmatus. (Was ordained priest and is now on the Mission in Scotland 1862.)

132. Joannes Macdonald, natus in Glasgow die 12 April 1837. Confirmatus est die 2 Junii 1849. (Anno 1855 ad parentes rediit.)

133. Georgius Wilson, natus in Aberdeen die 15 Nov. 1832. Confirm. die 30 Julii 1852. (Was ordained priest 1852 and 1862 is on the mission in Scotland.) [1905, Elgin, Canon of Cathedral Church, Aberdeen, and Vicar-General of the Bishop of Aberdeen].

134. Georgius Davidson, natus apud Letterfourie apud Buckie die 23 May 1830. Confirm. die 19 Nov. 1843. (Was ordained priest and 1862 is on the Mission in Scotland. Died 6 July 1865.)

ab Episcopo Districtus Occidentalis :—

135. Joannes Macgowan, natus in Glasgow 13 Nov. 1841 et confirmatus est. (Sent off 1855; died 1861.)

136. Joannes Archibald Carlin, natus in Glasgow die 26 Maii 1838 et confirm. (Was ordained priest and 1862 is on the Mission in Scotland. Died 29th August 1870.)

137. Joseph Connaghan, natus in Glasgow die 5 May 1835 et confirm. (Was ordained priest and 1862 is on the Mission in Scotland. Died in Glasgow 18 January 1877.)

138. Samuel Docherty, natus in Glasgow die 6 Junii 1838 et confirm. (In 1862 was studying theology in Allhallows, Dublin. Died in St. Francisco.)

139. Joannes Hardy, natus in Glasgow 9 Junii 1840 et confirmatus est. (Was sent home for his health.)

Anno 1855.

Die 12 Febr. sub conductu P. Anselmi Robertson advenerunt—

140. **Joannes Macinnes** apud Linwood in parochia de Kilbarchan Comitatus Renfroacensis in Scotia 16 Juli 1833, confirmatus 11 Oct. 1846. (Was ordained priest and 1862 is on the Mission in Scotland. In 1875 sent to Canada.)

141. **Donald Maccoll**, natus in Achagphouple apud Fort William 1835; sacerdos 12 Mart. 1859. (Was ordained priest.)

142. **Donald Macintosh**, natus in Glenfinin. (Was ordained priest and 1862 is on the Mission in Scotland.)

APPENDICES

APPENDIX I.

CATALOGUS

Religiosorum in Monasterio S. Iacobi Scotorum RATISBONÆ ab Anno Domini MDXCVII et deinceps professorum sub reverendissimo domino Domino Placido Flaminio Abbate confectus.

Anno 1597, Julius 13. F. **Adamus Makcallus,** Edinburgensis, Diœces. S. Andreæ.

Anno 1605, Maius 31. F. **Benedictus Algee,** Plascetensis, Diœces. Glascuens.

Anno 1606, August 15. F. **Hugo Wallasius** . . . Diœces. Glascuens: postea Abbas Erfurtensis.

Anno 1626, Decemb. 8. F. **Georgius Wedderburnus** . . . Diœces. Aberdonens.

Anno 1638, Novemb. 13. F. **Macarius Camerarius,** de Civitate et Diœces. Aberdonens: postea Abbas Erfurt., deinde Ratisbonensis.

Anno 1650, Maius 15. F. **Benedictus Rheth,** de Civitate et Diœces. Aberdonens. (Obiit in Monasterio nostro Herbipolensi anno 1684.)

Anno 1650, Sept. 18. F. **Erhardus Alexander** . . . Diœc. Aberdonens.

Ao. 1655, Maius 6. F. **Ninianus Jhonston,** de Civit. et Diœces. Aberdonens.

Ao. 1641 [*sic*], Martii 21. F. **Antonius Graius,** de Deidon., Diœces. Brechinensi. (Obiit in Polonia 1695.)

Anno 1663, April 15. F. **Athanasius Camerarius,** de Civitat. et Diœces. Edinburgens. (Obiit in Italia apud Sublacum.)

Anno 1663, April 15. F. **Ephrem. Reid,** ex Oppido Tania Provinciæ Rossensis. (Obiit in Scotia 26 annis missionarius apostolicus anno 1712, die 13 Aprilis.)

Anno 1667, Februar. 2. F. **Fiscrius Colinsonus,** de Civitate et Diœces. Aberdonens. (Obiit Ronsenaci in Gallia anno 1686 die 22 Julii.)

Anno 1667, Februar. 2. F. Hyacinthus Gordonus, Conversus, de Civit. et Dicec. Aberdon. (Obiit ex casu 1674.)

Ao. 1669, Novem. 21. F. Placidus Fleming, de Capella S. Osualdi, Dicœces. Glascuensis, factus sacerdos 1671, Martii 28; electus in Abbatem et confirmatus 5 Decemb. 1672. Natus 1642, $\frac{15}{1}$ Octob. (Obiit 8 Jan. anno 1720, ætatis 78, sacerdotii 49, abbatiæ 48.)

Ao. 1671, Octob. 18. F. **Andreas Cooke**, de Civitat. et Dicœces. Aberdonens. factus sacerdos 2 Junii 1673. (Obiit 9 die Martii anno 1721, post 31 annorum Prioratum, id est anno 1675 factus sacerdos curam juventutis habuit usque an. 1686, factus prior anno 1690 missus Erfurtum loco P. Joannis Dunbar ibi mansit superior usque an. 1694 locum et officium reliquit P. Mauro Stuart. Ratisbonam redux egit Priorem et culinæ inspectorem usque mortem.)

Anno 1674, Juli 29. F. **Erhardus Dunbar**, de Civitat. et Dicœces. Argillens. (Obiit in monasterio nostro Erfurtensi die 2 Martii 1699, post 9 annorum in patria missionem, id est anno 1678 sacerdos ordinatus anno 1679 usque 1686 curam culinæ domesticæ habuit, eodem anno missus in Patriam, redivit 1695, quo missus Erfurtum œconimum et Parochum usque ad mortem egit.)

Anno 1681, Maius 1. F. [illegible]s **unbar**, ex oppido Neribus, Dicœces. Argillens. (Obiit in [illegible] lue correptus anno 1713 die 16 Septembris; ab [illegible] 90 superior monasterii nostri Erfurtensis; ab a[illegible]m egit hic Ratisbonæ usque 1702, perrexit in Patri[illegible]a os, an. 1704 iterum cellerarium agere jubetur usque ad mortem anno supradicto.)

1682, Januar. 1. F. **Jacobus Brusli**[illegible]e Civitate Clackmanensi et Dicœces. S. Andreæ. (Obiit in monas[illegible]io nostro post 4 annorum in Patria missionem anno 1691, die 19 Maii.)

Ao. 1682, Jan. 1. F. **Josephus Falconer**, de Civitate et Dicœces. Edinburgensis. (Obiit senior Ratisbonæ 1732.)

(An. 1682, die 25 Martii. F. **Augustinus Gordon**, filius Dni. Alex. Gordon in Kinquidy, Dicœcesis Aberdonensis. Ad Scholas totus comparatus diu docuit domi et Erfurti †1702.)

Ao. 1684, Mart. 25. F. **Gregorius Crichton** de Auchengouell, Dicœces. Aberdon. (Anno 1721, mense Maio Ratisbonæ Prior; an. 1727 Prior Erfurtensis, redivit Ratisbonam 15 Decemb. 1736. Natus o.s. 27 Maii, n.s. 4 Junii 1664; Professus 25 Martii 1684; Sacerdos 20 Decemb. 1688; Primit. 27 Decemb. 1688; Obiit 11 Junii hora 3 matutina 1748.)

Ao. 1687, Mart. 21. F. **Hieronymus Pantoune**, de Civitat. et Diœces. Aberdonens. (Obiit Erfurti SS. Theol. Doctor Professor Publ. et Universitatis Rector magnif. die 12 Augusti anno 1719.)

Anno 1689, Februar. 2. F. **Columba Mak-Lenanus**, de Stornovia, Diœces. Sodorens. (Post 15 annorum missionem in Patria obiit Erfurti in monasterio nostro anno 1717, die 9 Novembris.)

Anno 1691, Febr. 2. Fr. **Bernardus Baillæus**, de Provincia Sterlingensi, Diœcesis Dunblanensis. (Electus in abbatem die 11 Februarii anno 1721; obiit die 26 Aprilis 1743.)

Anno 1691, Maius 1. F. **Maurus Stuart**, de Ainia, et Dieces. Aberdonens. (Anno 1720, die 23 Julii electus est in abbatem; obiit 13 Decembris eodem anno ante confirmationem, quae in Curia Romana conficiebatur. Anno 1692 factus Sacerdos tribus annis Pragæ Theologiæ et Juri Can. operam dedit; anno 1695 missus Erfurtum Professor Ord. Philosophiæ; 1697 Doctor Theologiæ et superior nostri cœnobii usque 1711, progressus ad missionem an. 1713 redivit cum decem juvenibus et initium posuit seminario; an. 1717 iterum in Patriam redire jussus usque 1719 ad finem anni; reliqua ut supra.)

Anno 1694, Junius 24. F. **Macarius Finny**, Conversus, ex Provincia Buchanensi, Diœcesis Aberdonensis. (Operam suam in culinis et hortis tum hic Ratisbonæ tum Erfurti usque annum 1710 sedulo navavit; clam recessit, de quo nihil amplius constitit.)

Anno 1694, Junius 24. F. **Bonifacius Egenrieder**, Conversus, ex oppido Diœces. Augustanæ. (Obiit an. 1730, die 9 Julii.)

Anno 1698, Maius 1. F. **Jacobus Brown**, alias **Constable**, Eastfortuniensis, Diœces. S. Andreæ. (Obiit Pragæ in Bohemia die 4 Octobris anno 1720, ætatis 69.)

Anno 1704, Februar. 25. F. **Augustinus Morison**, de Civitat et Diœces. Aberdonens. (Obiit 30 Octobris an. 1734; Prior ab anno 1727.)

Anno 1708, Februarii 25. Frater **Ambrosius Ros**, ex Provincia et Diœcesi Rossensi. (Obiit primo anno sacerdotii die 14 Novembris anno 1714; nunquam primitias missarum celebravit.)

Anno 1708, die 25 Febr. Frater **Marianus Brockie**, de civitate Edinburgensi, diœcesis S. Andreæ. (Philosophiam absolvit apud RR. PP. conventuales S. Franc., Theologiam apud S. Emeramum sub R. P. Hennio; 1713 ordinatus est in Presbyterum; '14 missus Erfurtum Philosophiam docuit; 1718 SS. Theologiæ doctor; an. 1727 missionem

adivit in Scotiam; redivit an. 1731 cum 6 juvenibus; iterum anno sequente revertitur in Patriam 1732; redivit infirmus Ratisbonam 4 Oct. 1739.)

Anno 1719,[1] die 30 Nov., in festo S. Andreæ apostoli. F. **Bonifacius Leslie,** filius Alex. Leslie Dni. in Pittcaple. (Venit anno 1713 cum aliis 9 ad seminarium, quod ratione pestis in hac civitate grassantis institutum fuit in bonis nostris in Cristetten et ibidem duravit, seminarium nim., usque ad annum 1718. Natus est 1701 die 15 Aug., professus die quo supra, philosophiam Ratisbonæ apud PP. conventuales S. Franc. absolvit; an. 1721 in Octob. missus fuit Salisburgum ad studia Theologica per tres annos; an. 1725 in Septemb. ordinatus est in Presbyterum; an. 1726 in Octob. missus est Erfurtum ad docendam philosophiam, ibidem Prof. Publ. ordin.; an. 1734 creatus in doctorem Theologiæ, et mense Decemb. an. 1736 Superior monasterii Erfurtensis factus; an. 1743 Monasterii Erfurtensis Prior declaratur ab utriusque monasterii Ratisbonensis et Erfurtensis Abbate Bernard Stuart.)

1719,[1] die 30 Nov., in festo S. Andreæ apost. F. **Kilianus Grant,** Strathspeisensis, filius Dni. in Glenbrun. (Venit ad seminarium nostrum in Cristetten cum aliis an. 1713. Natus 1700, die Decemb. 9, per dispensationem Rom. Pontif. ordinatus est in Presbyterum 1724 mense Junio. Philosophiam absolvit apud PP. conventuales hic; an. 1721 missus est ad commune studium Benedictinorum congregt. Bav. per 3 annos et Theologiam absolvit; 1729 Erfurtum missus docuit Philosophiam: 1731 missionem adivit.)

Anno 1719,[1] 30 Nov., in festo S. Andreæ. F. **Placidus Hamilton,** filius Domini in Boghead. (Venit cum aliis novem ad seminarium nostrum in Christetten 1713; Philosophiam absolvit apud PP. Minoritas hic Ratisb., Theologiam per 2 annos Herbipoli; missus fuit an. 1725 mense Novemb. ad Monasterium S. Galli in Helvetia; an. 1726 in Italiam prius ordinatus est in Presbyterum in Septemb. 1726, Constantiæ redivit an. 1728; an. 1730 missus in Scotiam, ubi non permansit sed an. 1731 Londinum petiit et susceptus inter Sacellanos capellæ legati Galliæ.)

An. 1720, 1 Nov., in festo omnium sanctorum. F. **Erhardus Grant,** Strathdounensis, filius Domini in Tambreck. (Venit ad Seminarium nostrum in Christetten anno 1713. Natus 19 Novemb. 1703, Philosophiam 2do. absolvit Erfurti, Theologiam Salisburgi; 1731 missus Erfurtum

[1] [The dates of these three entries have been wrongly altered in a later hand into 1709.]

Philosophiam docuit Professor Publ. in Universitate et Missionarius in toto Ducatu et aula Weimarensi ex decreto Serenissimi Ducis Ernesti Augusti an. 1733.)

1721, die 1 Nov., in festo omnium sanctorum. F. **Columbanus Grant**, Strathdounensis filius dni. in Ruven. (Venit ad Seminarum nostrum in Cristetten cum aliis 9 anno 1713. Natus 1 Nov. 1700, Philosophiam absolvit apud PP. Soc. Jesu hic Ratisbonæ; in Theologia duobus annis fuit Monasterio Rheinaviensi in Helvetia, uno anno Pragæ; factus sacerdos in Martio 1725; in Scotiam Missionarius redivit 1729; obiit ibidem in Vinea Domini 23 Junii 1733.)

1724, die 5 Octob., in Festo S. Placidi. M. **Maurus Grant**, Strathdounensis, filius Dni. in Achlichny. (Venit cum aliis septem ad Seminarium nostrum Ratisbonæ noviter errectum anno 1718. Natus 24 Decemb., styl. vet. 1699, Philosoph. absolvit Erfurti, Theologiam apud PP. Dominicanos hic Ratisbonæ et P. Alphonso Wenzl in nostro monasterio; factus sacerdos an. 1727 post Pentechostem, primitias celebravit 16 Junii ejusdem anni; sæpius novitiorum magister tandem Prior convent. anno 1734 die 30 Octob.; obiit 1 Sept. 1770.)

1726, die 29 Septem. in festo S. Michælis. F. **Antonius Stuart**, filius Dni. in Lesmurden. (Venit cum aliis 7 ad Seminarium nostrum anno 1718. Natus 1703, die 30 Decemb., Philosophiam absolvit apud PP. Societatis hic Ratisbonæ, et Theologiam sub R. P. Alphonso Wenzl in nostro monasterio; sacerdos factus 17 9, abiit in missionem 1732; an. 1735 mense Julio reversus est cum 9 juvenibus pro seminario, et curam rei œconomiæ suscepit, quam 1741 abdicavit.)

1726, die 29 Septemb. in festo S. Michælis. F. **Bernardus Stuart**, filius Dni. Joan. Stuart in Boggs. Venit ad Seminarium nostrum cum aliis septem anno 1718. (Natus 31 Martii 1706 st. novi, Philosophiam absolvit apud PP. Soc. Jesu, Theologiam sub P. Alphonso Wenzl; 1730 sacerdos Salisburgum ad jus can. missus; 1733 factus est in dicta Salisburgensi academia mathematices professor publicus et rei ædilis director per totum Principatum et in aula 12 Aprilis 1736; eodem anno 1736 11 Januarii factus est consiliarius Ecclesiasticus Archiepiscopi et Principis Salisburgensis Leopoldi de Firmian. Anno Augustam Vindelicorum vocatus ibidem tam a principe Episcopo quam a senatu urbis imperialis, principe Abbate Campidonensi et pluribus aliis rei ædilitiæ Director declaratur. Anno a circulo Suevico ad visitandum fortalitium Kehl cis Rhenum, et anno a Regina Hungariæ

postea Imperatrice ad visitandas urbes munitas Friburgum et Brisacum vetus mittitur. Anno 1741 in Russiam proficiscitur ad visitandum fratrem natu minorem Patricium generalem Imperatricis Russiæ. Redux Augustam pro juventate Catholica et Jesuitis magnam aulam et splendidum theatrum edificat, quibus vix completis anno 1743 mense Septembri ad electionem novi Abbatis Ratisbonam vocatur, et 25 ejusdem mensis Septemb. eligitur in Abbatem.)

1726, die 29 Septem., in festo S. Michælis. F. **Andreas Parkins,** filius Isac Pargins [*sic*] ex Anglia et Annæ Wachopæ filiæ Dni. in Nethery prope Edinburgum natus in Scotia venit cum Roberto Dugud Parisiis ad nostrum Seminarium anno 1723 mense Octobre. Philosophiæ operam dedit Erfurti redivit Ratisbon. Obiit ex phtisi et hectica die 10 Julii 1728.

1726, in festo S. Michælis die 29 Septemb. F. **Gallus Lieth,** filius Dni. Alexandri Leith in Collithy. Natus 26 Decemb. an. 1709 venit ad seminarium cum aliis 8 an. 1718, natus 26 Decemb. 1706 [*sic*]. Philosophiam absolvit Erfurti 1728, Theologiam sub R. P. Wenzl in monasterio, sacerdos an. 1731. Salisburgum missus 1733 ad jus canonicum, anno 1735 peregrinationem suscepit Romam etc.; an. 1736 iterum Romam missus in causis Monasterii et Seminarii etc.; redivit post 15 menses an. 1737; rexit ex hoc Seminarium et docuit Theologiam duos nostros juniores ex Paulo usque ad an. 1740 quando in mense Septembri perrexit missionarius in Scotiam. (Præter duos nostros fratres viz. P. Josephum Rolland et P. Augustinum Duncan, studuerunt Theologiæ etiam P. Dominicus Fleishman postea electus in Abbatem Plankstettensem, et P. Anselmus Forster postea concionator et Parochus expositus. Nostri duo dedicarunt et defenderunt Theses ex Universa Theologia dicatas Principi Santgallensi Cœlestino 16 Aug. 1740, duo posteriores suo Abbati Dominico de Eisenberg die 19 Julii 1740. Auditor etiam fuit Rdus. Dnus. Bruckmayr qui defendit ex Universa Theologia et suas dicavit conclusiones Rmo. Dno. de Smid episcopo vicario et vicario generali diœcesis Ratisb. Eodem anno et circa idem tempus 4to Sept. 1740 perrexit ad missionem; anno 1747 coactus est relinquere Patriam ob tumultus bellicos et quod sacerdotes ubique conquirerentur ad carceres vel ad necem. Redux vix reparatis viribus haud parum ex incredibili defatigatione tam corporis quam animi debilitatus debuit pergere Erfurtum ut concionatorem ageret in Parochia S. Nicolai ad Ecclesiam nostram translata. Eodem anno 1747 mense Oct. jubetur sub obe-

dientia redire ad missionem, in portu autem Helvetensi jussu ducis de Cumberland ex navi mercatoria extractus et navi bellicæ impositus ductus est Londinum, ubi cum aliis duobus sacerdotibus in carceribus detinetur per quatuor menses. Liberatus ex carceribus Scotiam perrexit anno 1750 denuo a vicario apost. et cœteris missionariis Ratisbonam mittitur cum litteris ad Abbatem qui negligere videbatur missionem, a quo frigide exceptus Romam perrexit quærens remedium. A Pontifice jussus est adire missionem, appulit Portsmouth, ab Episcopo Londinensi constituitur unus ex capellanis Legati Gallici, ducis de Mirepoix. Post sex menses missus est in Walliam ad capellam de Buttington-hall prope civitatem Pool in comitatu Mongomeriensi. Ibi stetit per tres ferme annos sub protectione ducis de Pouis, a quo et habuit annuum salarium. Anno 1756 electus in abbatem absens 2^do^ Julii, Ratisbonam venit 12 Novemb. et hodiedum sub onere ingemiscit. Quando vita mea finietur brevi.)

Anno 1728. F. **Jacobus Achinleck.** Erfurti Philosophiæ operam dedit, Theologiam domi didicit; diu valetudinarius fuit. [*Entry deleted.*]

Anno 1729, die 28 Octob. Fr. **Magnus Henderson.** Studia domi absolvit, curam culinæ aliquamdiu habuit; an. 1735 in Scotiam ad missionem Aposticam missus, et an. 1737, 19 April. diem obiit: requiescat in pace. [*Entry deleted.*]

Anno 1731, novitium induit F. **Wilebaldus** (prius **Archibaldus**) **Macdonel.** Die 29 Sept. 1732 professus. Philosophiam adiit Prieflingæ in communi studio congregationis. Anno 1735 ad Theologiam missus Niederaltaick et 1737 Pragam in Monast. S. Nicolai. Missionarius in Scotiam 1741.

Anno 1732, 24 Febr. novitium induit F. **Andreas** (prius **Georgius**) **Gordon.** Eodem die an. 1733 professus. Philosophiam absolvit domi sub R. P. Gallo Lieth. Anno 1735 Salisburgum missus ad Theologiam ubi licentiatum in prædicta facultate adeptus; an. 1737 Erfurti philosophiam publice in academia professus.

Anno 1734, die S. Matthæi Apostoli novitium induit F. **Josephus Rolland,** professus 21 Septemb. 1735. Philosophiam incepit eodem anno apud Santemeranenses et 1737 complevit sub R. P. Gallo; Domi Theologiam didicit et eleganter Theses ex universa sustinuit.

Anno 1736, die 8 Septembris. F. **Augustinus Duncan**; post noviciatus annum professus apud RR. PP. Carmelitas Philosophiam adivit cum aliis quibusdam in collegio privato domi absolvit et univers. defendit

Theologiam autem domi sub Patre Gallo Lieth cum laude absolvit et defendit.

Anno 1739, dominica die 4 Octob. professus est Joachimus Gray. Natus (in Fochabers) 16 Octob. 1715, Philosophiæ studuit cum suo confratre apud RR. PP. Dominicanos seu Prædicatores annis 1740 et 1741. Apud eosdem PP. dominicanos Theologiam incipit mense Octob. 1741.

Anno 1739, 4 Octob. dominica die professus est F. **Anselmus Gordon,** filius Alex. (Wilhelmi) de Minmor. Natus 16 Februarii 1721, Philosoph. apud Dominicanos Theologiam incepit mense Octob. 1741 apud eundem lectorem.

Anno 1742, F. Joan
30 Septemb., } Domini in Pitfodles professus est die Erfurtum ad Philosophiam.

An. 1742, die 29 Septemb. professus est F. **Ildephonsus Kenedy.** Post professionem missus est Erfurtum ad Philosophiam cum præcedente F. Joanne.

[Cont., *infra.*, p. 284.]

APPENDIX II.

SYLLABUS

Benefactorum Monasterii S. Iacobi Scotorum RATISBONÆ sub Abbate Placido Flamminio feliciter inceptus Anno

qVo sVb abbate pLaCIDo VIVIMVs.[1]

Serenissimus Elector Bavariæ **Maximilianus Emmanuel** Diversis vicibus donavit Placido Flaminio Abbati mille quadringentos Florenos Annis 1681.84.87. (Item anno 1702 ducentos dedit florenos: vide alia de ipso part: 2 pro Seminario. Pie obiit 26 Februarii 1726.)

Augustissimus Imperator **Leopoldus** Ius donavit Placido Flaminio Abbati mille florenos, dum hic missus esset Viennam a Serenissimo Principe Guilielmo à Hessen Rheinfels, ad sollicitanda quadam Serenitatis suæ negotia, anno 1701. (Obiit Viennæ 5 Maii anno 1705.)

Serenissimus S. R. I. Princeps **Wilhelmus a Hessen Rheinfels** misit Placidum Abbatem Viennam ad sollicitanda Serenitatis suæ negotia, et pro expensis dedit sexcentos florenos; item Pelvim cum suo vase argenteam, duo candelabra argentea, et Abbatem a capite usque ad pedem vestivit, anno 1701. (Obiit 20 Novemb. 1725.)

Illustrissimus et Excellentissimus Dominus **(Ludovicus) Verjus Comes de Crecy,** Christianissimi Regis Plenipotentiarius ad Comitia Imperii, qui per novem annos et aliquot menses fuit in hoc Monasterio. Donavit Ecclesiæ integrum Ornatum rubri coloris, floribus albis et aureis intermixtis, copiosam præterea decedens reliquit supellectilem et plurima alia beneficia in nos contulit, nobisque ab aliis procuravit. (Obiit Parisiis 13 Septemb. anno 1700.)

Illustrissimus D. **Georgius Benno Baro de Imstand** altare in honorem Sanctæ Annæ apud nos erexit, ubi singulis septimanis Missam legendam 800 florenis pie fundavit; casulam insuper et antipendium albi

[1] [Chronogram for 1678.]

coloris ex pretiosa materia fieri curavit; item pretiosum calicem plurimis gemmis distinctum Sacristiæ donavit. (Obiit Monachii die 5 Dec. 1723. Testamento suo hæredem universalem instituit Monasterium nostrum, de quo tamen mota est lis contentiosa ab hæredibus ab intestato per duos annos. Evicimus tamen et mense Februario 1726 facta est separatio legatorum profanorum a rebus hæreditatis ad pias causas. Post æs alienum et sumptus processus et itineris monasterio obvenerunt

pro fundatione prædicta	800 fl.
omnia sua vasa argentea quæ in candelabra argentea in usum ecclesiæ converti debebant, æstimata p. . .	1160 fl.
in parata pecunia	751.25
mobilia et libri æstimata p.	500
duo annuli et alia minora pretiosa	175
capitalia liquida	2600
capitalia minus liquida	1183
	7169.25

Tenemur pro eo celebrare singulis Septimanis missam in altari S. Annæ; item ann cum vigiliis sacro cantato et duabus privatis missis.)

Illustrissimus Dominus (Joann natius) **Baro de Puts** Ornatum integrum albi coloris floribus aure.. termixtis Ecclesiæ nostræ Praga transmissit. Item 200 florenos Ionasterio Ratisbonensi dedit, præterea nostros patres apud ipsum existentis sæpius donavit magna liberalitate; mortua Illustrissima conjuge 200 florenos ad sacra facienda. Item 150 florenos Patri Jacobo Bruno dedit pro Monasterio (singulis annis ab anno 1707 d annum mortis. Item anno 1713 dum R. P. Maurus Stuart cum decem juvenibus ex Scotia huc Ratisbonam advenit, in ipsorum solatium misit 1200 fl. quæ summa postea in usum monasterii cessit. An. 1717 mense Sept. insignem apparatum instrumentorum mathematicorum et librorum volumina magna et parva 108 donavit. Tandem die 28 Jan. 1718 sancte obiit et Monasterio nostro legatum per 3000 fl. reliquit, quæ pecunia in erigendo novo dormitorio versus occidentem fuit applicata.)

Illustrissimus et Excellentissimus **(Jacobus) Comes de Leslie** etc., Campi-Marescallus Cæsareus pro ædificandis in choro subselliis ducentos imperiales liberaliter donavit. (Obiit Neostadii in Styria die 8 Julii 1691.)

Admodum Reverendus Dominus **(Balthasar) Fraunhoffer** B. V. Mariæ ad veterem Capellam canonicus, Altare S. Dismæ erigi fecit et Missale Novum; item tria birreta Sacristiæ dedit. (Fundavit in prædicto S. Dismæ altari missam singulis diebus Veneris celebrandam in cujus dotem 700 fl. legavit. Item duas missas singulis Septimanis instituit a nobis Scotis legendas in altari trium Magorum vulgo Regum in Ecclesia Superioris Monasterii nobilium virginum, pro quibus annuo 45 fl. 4 kr. percipere debemus. Obiit 6 Januarii an. 1718.)

Præfecti Commissarius in Werda Prænobilis et Magnificus Dominus **(Andreas) Baumann** præter multa beneficia duas missas singulis Septimanis legi curat. Item 250 florenos dedit pro aedificando altare B. V. Mariæ. (Item 50 florenos pro perpetuo lumine coram Ven. Sacram. fundando contribuit, et 250 fl. pro legendis Sacris. Obiit 4 Decemb. 1725.)

Reverendissimus et Celsissimus **Joannes Antonius** S. R. I. Princeps et Episcopus Eichstattensis, Patronus noster clementissimus, ex liberalissima sua munificentia et in nos Scotos exules pietate, ultra illa quæ in gratiam Seminarii fecit, in usum conventus donavit octo minores fornaces ferreas pro cellis seniorum sacerdotum, item unam magnam pro novo Refectorio anno 1721. Prius anno 1716 sex alias ferreas fornaces concesserat gratiosissime pro domo nostra Christettensi, quæ anno supradicto 1721 allatæ sunt in Monasterium, et diversis in hypocaustis collocatæ præter quinque alteras quibus seminarium donavit. Ex his quatuor imagine Christi crucifixi in facie operis ornatæ sunt, reliquæ sexdecim insignibus præfati celsissimi Principis dignoscuntur. Istæ 20 fornaces ponderant ferri libras 11400, seu 114 centenarias, ad valorem 345 florenorum.

Illustris et Excellentissimus Dominus **Georgius Etherege,** Eques auratus, Serenissimo et Potentissimo Jacobo II, Magnæ Britanniæ Franciæ et Hiberniæ Regi a consiliis et ad Comitia Imperii hic Ratisbonæ orator plenipotentiarius etc., discedens anno 1688 numerosum apparatum librorum politiorum et historicorum monasterio nostro reliquit. Obiit Parisiis factus Catholicus die 28 Julii 1699 (1694).

Admodum Reverendus et Clarissimus Dominus **Franciscus Ignatius Leichnamschneider,** Pronotarius Apostolicus, Insignis Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Joannem Canonicus capitularis, actu senior et custos. Author fuit et promotor luminis perpetui coram SSmo Sacra-

mento in summo Altari, ad quod fundandum contribuit ipse anno 1706 . . . . . 100 fl.
Rmus D. Placidus, Abbas SS. Petri et Pauli Erfurti dedit 50
Monasterium S. Jacobi Scotorum Erfurti dedit . . 50
Rmus et Illmus D. Langwert de Simern, Can. Cath. Eccl. Ratisb. dedit 50
Prænob. D. Andreas Bauman, Præfectus in Werth dedit . 50
Præclarus D. Joa. Georgius Haas, granarius ad Vet Capel 50
Egregius vir Georgius Zieler pistor in Motzing . . 50
Honestus juvenis Michael Ströbl praxator dedit . . 15
Reliqua contribuit Rmus Placidus Flemming abbas noster ex cassa Sacristiæ etc. nim. . . . . 85 fl.

Summa . . . . 500 fl.

Quæ summa dum hæc scribo 1721 fructificat annuum censum in manibus Illustris D. David Thumberg in Münichshofen, cum quibusdam aliis. (Dns. Leichnamschneider obiit 30 Octobris anno 1730, et nostro Monasterio pro remedio animæ suæ, legavit 1000 florenos. Remunerator sit Deus.)

Prænobilis et clarissimus Dom. **Petrus Montmedy**, Luxemburgensis, plurium juniorum Comitum et Baronum Præfectus et itinerantium Ductor. Tandem apud Illmum Comitem de Lerchenfeld inquilinum nostrum divertens incepit valetudine infirmiori uti, ex paulo post pie obiit 17 Decemb. anno 1709. Monasterium nostrum tanquam hæredem universalem testamento instituit, et 8000 floren. obtinuimus, quorum 4000bus recuperavimus prædium Griestettense quoad omnes utilitates et proventus, 2000ia absumpta fuerunt in ædificanda ista parte Monasterii quæ est supra Capellam S. Christopheri cum adjunctis scalis. Item 2000ia diu Lincii in Superiori Austria pro annuo censu apud status provinciales manserunt. Sepultus est in Capella nostra parochia i S. Annæ prope Baptisterium, cum epitaphio ad parietem. Pro illo tenemur ad officium anniversarium et summum sacrum cantatum cum duabus privatis missis singulis annis, circa medium Decembris: item singulis septimanis ad unam missam, de SSma Trinitate, de Bma Mar a V., et pro desolatissima anima in purgatorio alternatim celebrandam, ita ut non nisi in septimana una missa juxta ordinem præscriptum celebretur.

Honestus et devotus vir **Georgius Zieler**, pistor in Nider-Motzing insignis noster Benefactor, Anniversarium pro se, suis duobus uxoribus, prolibus

et cognatis amicis ad diem 19 Octob., aut statim postea, instituit singulis annis celebrandum, in cujus fundationem 300 florenos exsolvit; item ornatum sericum nigri coloris, id est, casulam, duas dalmaticas, cum pluviali et antipendio pro summa altari suis sumptibus fieri curavit. Præter alia multa beneficia, 700 florenos sine onere donavit. Obiit 6 Octob. 1718 et nobis legavit 50 florenos.

Dos prædicti anniversarii adhuc, dum hæc scripta sunt an. 1721 massæ rei œconomicæ monasterii immixta est, quam opportet aliquando separare, et ad annuum censum seorsim locare.

Reverendissimus atque Illustrissimus Dominus Dns **Albertus Ernestus,** Cæsariæ et Exemptæ Collegiatæ Ecclesiæ Cassiæ Bonnæ Præpositus, Cath. Eccl. Coloniensis Archidiaconus major, nec non Cathedralis Ratisbonensis Senior et Capellanus Imperialis, **Comes de Wartenberg,** Dominus in Walt et Disling etc., huic Monasterio donavit calicem argenteum pulchre deauratum, statuam Beatissimæ Virginis, reliquias affabre inclusas, quatuor candelabra ex stanno deargentata, artificiales ex serico flores, et alia ornamenta pro uno Altari.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Comes de Warten erg etc., Episcopus Laodicens., Co-Administrator Ratisbonens., ulterius dedit Ornatum integrum flavi coloris. Item alium plenissimum Ornatum rubri coloris, Calicem majorem et pulchram Monstrantiam, Crucem Pontificalem cum duobus annulis, ex auro et pretiosis lapillis. Item Pax argenteum, nec non crucifixum affabre elaboratum et pretiosis reliquiis ornatum pro Summo Altari. Item sex Altaria in Ecclesia propriis sumptibus consecravit. (Obiit die 9 Octobris anno 1715 ab intestato.)

Reverendissimus prænobilis et amplissimus Dominus D. **Joannes Dausch,** SS. Theologiæ Doctor et Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis Decanus, ex singulari sua benevolentia erga nostrum monasterium et nationem et ex summo suo zelo pro fide Catholica iterum in nostra patria propaganda, quinquaginta florenos singulis annis promisit, pro nostra studiosa juventute alenda; et pro prima vice 26 Maii 1682 dedit . . . . . 25 f.
pro secunda vice 19 Nov. 1682 dedit . . . . . 25 f.
pro tertia vice 24 April 1683 dedit . . . . . 25 f.
pro quarta vice 26 Nov. 1683 dedit . . . . . 25 f.
pro quinta vice 10 April 1684 dedit . . . . . 25 f.
pro sexta et ultima vice 29 Nov. 1684 . . . . . 25 f.

Reverendissimus Decanus mortuus est 5 Oct. 1684, et nobis legavit centum florenos . . . . . 100 f. pro quibus legimus sacra pro requie æterna ipsius animæ. Ipsemet cum P. priore exequiis interfui, sicut et in septima et trigesima. Requiescat in Sancta pace.

PLACIDUS FLAMINIUS Abbas m. pria.

Reverendissimus prænobilis et amplissimus Dominus Dnus. **Joannes Gözfridt,** SS. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonensis Canonicus Capitularis, Reverendissimi ac Serenissimi principis Ratisbonensis Consiliarius ejusdemque in spiritualibus vicarius et Officialis Generalis prædictos centum florenos simul cum ultima pensione 25 florenorum nobis fideliter et diligenter persolvit tanquam executor testamenti, quem tanquam nostri Monasterii singularem amicum et patronum Deus O. M. diu incolumem et omnibus rebus ex voto florentem conservet. Ita vovet humillimus et amantissimus ipsius servus et cliens

PLACIDUS FLAMINIUS, m. pria.

Illustrissimus et Generosissimus Dominus Dominus (Stephanus) **Comes de Taaffe,** in exercitu Cæsareo Colonellus, huic Monasterio centum Imperiales donavit pro Altari in honorem Beatissimæ Virginis Passaviensis ædificando. Item Pri. Ephrem Reed, Erphordiam profiscenti quinque Ducatos in specie pro viatico donavit, promisitque se fore memorem et Benefactorem Seminarii cujus fundamenta pro studiosa Juventute nostra hic jacere conamur. (Obiit in Hibernia anno 1699 die 16 Jan.)

Admodum Reverendus et Doctissimus D. **Joannes Georgius Sartorius,** Insignis et Imperialis Ecclesiæ Colleg. B. Mariæ Virg. et Vet. Cap. Canonicus, SS. Theologiæ et SS. Canon. Candidatus actu Senior et Scholasticus, vir singulari pietate, eruditione, vitaque exemplari clarissimus, ac omnibus summis et infimis longe charissimus, pro reparatione hujus Templi Divi Jacobi quingentos Imperiales liberali manu donavit juxta particularem contractum cum Murario Plunder dicto, 23 Junii 1688 desuper initum, et in archivio nostro pro futura et grata rei memoria diligenter custoditum; pro quo beneficio nos et omnes successores nostri ferventer orare tenemur pro tanto Benefactore, ut Deus O. M. ipsi centuplum in hac vita et æternam sero retribuat.

Obiit primo Aprilis 1691, quo die ipsius anniversarium celebrant apud Veterem Capellam circa horam Septimam, et nos ex gratitudine et decentia Sacerdotem illuc mittere deberemus.

(Et insuper ducentos florenos, quos Monasterium ipsi debebat testamento remisit et condonavit. Duodecim etiam sellas et aliquot ulnas telæ Monasterio legavit.)

Perillustris Dominus Dominus **Franciscus Hay,** Baro de Dalgatie, duo millia Imperialium testamento legavit huic Monasterio. Unum mille jam persolvit Excellentissimus et Illustrissimus Dominus D. Comes de Leslie tanquam executor testamenti, alterum vero mille dicitur ante mortem testatoris sub certis conditionibus fuisse revocatum. (Obiit Pettaviæ in Styria die 25 [22] Maii 1676.)

Perillustris et Generosus Dominus D. **Thomas Strachan,** Eques Auratus, Vigiliarum Præfectus in Legione Illustrissimi Comitis de Leslie, Campi Marschalli, pro reparatione hujus templi centum florenos liberali manu et tempore opportuno donavit, pro qua charitate ipse Deus sit ipsius merces copiosa nimis, anno 1689. (Obiit ex vulnere anno 1694, die 14 Octob.)

Die Edle und Tugendsame Frau **Maria Anna Stegerin** Wittib zu Staubing hat die löbl. Andacht so zu ehren des hochwürdigsten frohnleichnams *Jesu Christi* an dessen Fest und Octave hindurch vor- und nachmittags in der probsten Kirche S. Joannis zu Kelheim jährlich gehalten wird, mit Dreyhundert Gulden ruhmwürdigst gestufftet.

Nobilis et Præclarus Dns. **Joannes Georgius Haas,** Granarius sive œconomus generalis Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Bmae V. Mariæ ad veterem capellam nuncupatæ etc., inter plura alia beneficia 50 fl. largitus est ad ornandam Iconem Sacratissimi Salvatoris et Bmae Matris ejus in credentia pone summum altare; item suis sumptibus imaginem S. Viti in summitate hujus operis depingi curavit. Obiit 19 Junii 1712. (Item pro perpetuo lumine coram SSmo Sacramento in summo altari fundando contribuit 50 fl.)

Excellentissimus ac Illustrissimus Dominus Dnus. **Robertus de Gravel,** Dominus in Marli et Vojure etc., Regi Christianissimo a Secretioribus Consiliis, Regii Ordinis S. Michælis Eques, et Sacræ Suæ Majestatis ad Generalia Imperii Comitia Ratisbonæ Plenipotentiarius, huic Monasterio donavit argenteum Ciborium pulcherrime deauratum, Statuam Beatissimæ Virginis bene vestitam, quæ Statuam Öttinganam tetigit, Casulam, antipendium duo pulvinaria pro Missali et

circiter 40 Imperiales in auro et argento. Item patinas orbesque ex stanno, et aliam suppelectilem nec non sex urnas vini et carnes multoties pro Conventu. (Obiit Parisiis 1689 die 20 Martii.)

Honestus et egregius vir **Joannes Matthias Eible,** lupulorum mercator de Einsidl in Bohemia duas missas anniversarias, primam in festo S. Matthiæ Apostoli et alteram in festo S. Joannis Baptistæ quotannis celebrandas pro se suisque dependentibus instituit. In dotem ex solvit 50 florenos. Obiit 4 Maii anno 1704.

Plurimum Reverendus et Nobilissimus Dns. **Michael Adamus Kerling,** Parochus in Stamesried, legavit nobis sine onere 100 fl., item pro 100 sacris legendis 66 fl. 40 kr. Obiit 20 Aprilis 1720.

Celsissima Domina **Francisca de Freidenberg,** Principissa Monasterii Superioris Ratisbonæ, Monasterio nostro duo florenorum millia legavit pro Missa quovis Sabbato in remedium animæ suæ in Ecclesia nostra legenda. Mortua est die 7mo Octobris 1775.

Dominus **Jacobus Gordon,** Consilarius Sacræ Cæsareæ Majestatis a secretissimis (geheimer Kabinets Rath) Monasterio nostro ex mera gratitudine pro acceptis in Seminario nostro beneficiis sine onere donavit duo florenorum millia anno 1786 die 15 Augusti. Mortuus est 7mo Novembris 1787.

INDEX BENEFACTORUM HUJUS MONASTERII

	Pag.[1]
Augustissimus Imperator Leopoldus I.	3
Serenissimus Maximil. Emanuel Elector Bavaria	1
Serenissimus Wilhelmus Landgravius a Hessen-Rheinfels . . .	5
Reverendissimus et Celsmus Princeps Joa. Ant. Eps. Eichstetten . .	21
Illmus et Excellentissimus D. Ludovicus Verjus Comes Crecy, legatus Regis Christianissimi ad comitia Imperii	7
Illmus et Excellmus Jacobus Comes de Leslie, Campi-Marschallus . .	13
Illmus et Excellmus Stephanus Taff Comes de Carlingford Hibernus .	69
Illmus et Reverendmus Albertus Ernestus Eps, Comes de Wartenberg .	59
Perill. et Excellmus Robertus de Gravel legatus Galliæ	97
Perill. et Excellmus Georgius Etherege Eques, legatus Britanniæ . .	27
Illustrissimus D. Georgius Benno, L. B. de Imstand etc. . . .	9
Illmus D. Joannes Ignatius Putz, L. B. de Adlersthum	11
Perill. D. Franciscus Hay, Baro a Delghetie	81
Illustris D. Thomas Strachan, Capitaneus Cæsareus	83

[1] [In original MS.]

Pag.[1]

Reverendmus D. Joannes Dausch, S. Th. Dr., Canonicus Cathedr. . 65
Adm Reverendus D. Balthazar Fraunhoffer, Can. Bmæ V. Mariæ . . 15
Adm Reverendus D. Georgius Sartorius, Can. Bmæ V. Mariæ . . 71
Prænobilis D. Andreas Bauman, Præfectus in Werda 17
Prænob. et Clariss. D. Petrus Montmedy 35
Die edle und tugendsame Frau Maria Anna Stegerin 87
Adm Revdus et Clarmus D. Franc. Ignatius Leichnamschneider . . 31
Nobilis et Praeclarus Joan. Georgius Haas 91
Honestus et Devotus Georgius Zieler, Pistor in Motzing . . . 43
Honestus et Devotus Joannes Matthias Eible 102
Reverendus D. Michael Adamus Kerling, Parochus Stamesried . . 103
Celsissima Domina Francisca de Freidenberg, Principissa in Obermünster Ratisbone. 104
Dominus Jacobus Gordon 105

[LITTERÆ COMMENDATICIÆ Alberti Sigismundi, Episcopi Frisingensis et Ratisbonensis in favorem seminarii Monasterii S. Jacobi Scotorum, Ratisbonæ, A.D. 1681, die 24° Mensis Novembris.][2]

Nos ALBERTUS SIGISMUNDUS Dei et Apostolicæ sedis gratia Episcopus Frising. et Ratisbonensis, Utriusque Bavariæ et Superioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergicus, etc., Considerantes nimirum et ex æquo et justo ponderantes, quantæ virtutis sit et obligationis in iis præsertim, quæ charitatem proximi, fidei orthodoxæ propagationem, et exinde animarum salutem valde patenter et potenter concernunt, Testimonium veritati perhibere et eidem connexa prosequi; Tenore proinde præsentium omnibus et singulis hasce Patentes visuris, lecturis, aut legi audituris, notum facimus, innuimus et significamus, quatenus ex una parte sane manifestum, et absque multa deductione plerisque sit notorium, Nos etiam, quibus abunde et fideliter relatum est, et ex tot Nobis maxime consciis, iisque apertissimis monumentis, documentis, historiis, signis et indiciis in tot Germaniæ partibus ac præcipue quoque, apud antiquum et valde celebre hujus Ratisbonensis Civitatis et Diœceseos Monasterium Scotorum ad S. Jacobum, veluti cæterorum, in his partibus hujus gentis Scoticæ, aliorumque quam plurium Monasteriorum Matrem et Originem, etiamnum præsentibus et vigentibus plenam fidem facere et attestari valeamus, memoratos videlicet Scotos non tantum olim de Germania per ipsius ad fidem

[1] [In original MS.]
[2] [From print of two folio leaves inserted at this point in the Register.]

